



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>










The Act: 2942.

awc 1696.



+

*Coll. Soc. Jesu Monachij*

# ENCHIRI-

DION MILITIS,

Christiani, saluberrimis  
preceptis re-  
fertum,

\*

D. ERAS. ROT.  
AVTORE.

CVI ACCESSIT

De preparatione ad mortem, libellus.  
Epistola exhortatoria ad capeffendam  
virtutem.

Concio de puero IESV.

Declamatio de MORTE.

LUGDVNI.

# REVEREN-

DO IN CHRISTO PA-

triac D. D. Paulo Volfio reli-  
giosissimo abbati monasterij,  
quod vulgò dicitur Cu-  
ria Hugonis, Def.  
Eral. Rot.

S. D.



Vanquam libellus ille, cui  
titulū fecimus, Enchiridion  
militis Christiani, quem  
olim vni mihi & amiculo  
cuidā prorsus ἀναφελήτως  
scripseram, minus displicere cœperit, pa-  
ter integerrime, postea quā tibi, tuiq; si-  
milibus video probari: quibus vt estis ipsi  
pia doctrina, & docta pietate præditi, scio  
nihil probari, quod non iuxta pium sit, at-  
que eruditum: tamen propemodum etiam  
placere cœpit, vbi video toties iam excu-  
sum formulis, semper veluti nouum effla-  
gitari, si modo mihi non blandiuntur ty-  
pographi. Verū illud rursus sæpenu-  
mè malè habet animum meum, quod olim  
amicus quidam eruditus falsissimè dixit,  
ludens quidem ille, sed vtinam non perin-  
de verè ac falsè, in libello plus conspici san-  
ctimoniz, quā in libelli autore. Idq; eò  
gravius

gratius etiam fero, quod idem vsu venit in  
 eo, cui mutando potissimū hoc laboris sus-  
 cipiebarur. Siquidē & is adeo se nō reul-  
 fit ab aula, ut multo altius in dies immerga-  
 tur: qua pietate nescio: sed omnino, quid ip-  
 se fatetur, magna calamitate. Nec me ta-  
 men admodū miseret amici, quod vel fortu-  
 na magistra respiscat aliquādo, qui nostris  
 monitis parere noluerit. Me verò licet  
 semper huc enitentē, tot casibus, tot tēpe-  
 statibus meus exercuit Genius, ut Vlysses  
 Homericus præ me Polycrates quispiam  
 videri possit. Et tamen eius laboris me non  
 omnino pœnitet, si tam multos extimulat  
 ad veræ pietatis studium. Nec ipse tamen  
 modis omnib⁹ insectādus, si monitis meis  
 parum respondeo. Primum, est aliqua pie-  
 tatis pars, ex animo velle pium fieri, neq;  
 reiiciendum opinor pectus, talibus inten-  
 rum cogitationibus, etiam si conatum ali-  
 quādo destituat successus. Sēper hoc agen-  
 dum in omni vita, & crebrò retentatū, suc-  
 cedat aliquando. Bonam autē itineris per-  
 plexi partē confecit, qui viam probè didi-  
 cit. Nihil igitur me mouent quorundā scō-  
 mata, qui libellum hunc ceu parum erūdi-  
 tum aspernantur, & qui vel ab elementa-  
 rio quouis scribi possit, quod nihil tractet  
Scoticarum quæstionum, quasi sine his  
 nihil

*Aduersa  
 fortuna  
 quosdam  
 corrigit.  
 Polycra-  
 tes Samio-  
 rum Ty-  
 rānus per  
 pœna pro-  
 speritate  
 vsus.*

nihil omnino sit eruditum. Sit sanè parum acutus, modò sit pius. Non reddat instructos ad palæstram Sorbonicam, modò reddat instructos ad tranquillitatē Christianam. Non faciat ad disputationem theologicam, modò faciat ad vitam theologicam. Quorsum autem attinet hoc tractare, quod nemo nō tractat? Quis hodie non versatur in quæstionibus theologicis, aut quid aliud agunt gymnasiorum examina? Tot penè sunt in Sententiarum libros commentarij, quot Theologorum nomina. Quis Summulationum modus aut numerus, aliud ex alio miscentium ac remiscentium, & pharmacopolarum ritu, ex novis vetera, ex veteribus nova, è pluribus unum, ex vno plura subinde fingentium ac refingentium? Quis fiet vt huiusmodi voluminum moles, nos ad rectè viuendum instituant, quæ ne per omnem quidem vitam vacet euoluere? Veluti si medicus morbo præsentaneo laboranti præscribat, vt Iacobi à Partibus libros, ac reliquos his adsimileis omneis euoluat, illic reperturus, quò valerudinem farciat. At hunc interea mors occuparit, nec erit cui possit succurri. In tanta ætatis fugacitate, paratò promptoq; remedio est opus. Quot voluminibus præcipiunt de restitutione, de

confe

*Summulationum pharmacopolarum similes.*

*Simile.*

confessione, de scandalis, deq; alij innume-  
 ris? Cumq; minutatim excutiant singula, *Temeri-*  
 singula sic definiant, quasi cæterorum o- *tae singu-*  
 mnium ingenijs diffidant, imò quasi Chri- *la definen-*  
 sti diffidat bonitati, dum *præ-* præscribunt, *dis.*  
 quid ille cuiq; facto vel præmij debeat vel *Dissensio.*  
 supplicij, tamē nec inter se consentiūt, nec  
 aliquoties rem liquido explicant, si propiūs  
 consulantur. tanta est vel ingeniorum vel  
 circumstantiarum varietas. Porro vt omnia  
 verè, vt omnia rectè definierint, præterquā  
 quod ieiunè frigideq; tractātur ista, quoto  
 cuiq; vacat tantum voluminum euoluere?  
 aut quis possit secum Aquinatis Secundæ  
 Secundā circumferre? Et tamen nullius non  
 refert bene viuere, ad quod Christus om-  
 nibus aditum facilem esse voluit, nō inex-  
 plicabilibus disputationū labyrinthis, sed  
 fide sincera, charitate non ficta, quam co-  
 mitatur spes, quæ non pudefit. Postremo *Theologia*  
 versentur in magnis illis voluminibus ma- *paucoru,*  
 gni Rabini, qui pauci sint oportet. At nihi- *salus om-*  
 lò secius interim imperite multitudini, pro *nium.*  
 qua mortuus est Christus, consulendū est.  
 Præcipuam autem Christianæ pietatis por-  
 tionē docuit, quisquis ad huius inflamma-  
 uit amorē. Sapiens ille rex filium instituēs  
 ad veram sapientiam, non paulò plus ope-  
 re sumit in adhortando quàm indocendo,

quasi sapientiam amasse, propemodum parasse sit. Quod turpe est iuris peritis ac medicis, quorum utiq; de industria suam artem reddidere difficilissimam, quò simul & quaestus sit vberior, & gloria maior apud imperitos, id longè turpius fuerit fecisse in philosophia Christi. Imò contrà coniti par est, ut eam quàm fieri potest, reddamus facillimam, & omnibus expositam. Neq; illud sit nobis studio, ut ipsi literati videamur, sed ut quamplurimos ad Christianam vitam pelliciamus. Adornatur iam bellum in Turcas, quod quocunque consilio institutum precandam est, non ut paucis quibusdam, sed ut in commune bene vertat omnibus. Sed quid futurum arbitramur, si victis (neq; enim vniuersos opinor ferro trucidabimus) ut Christum amplectantur, Occanos, aut Durandos, aut Scotos, aut Gabrieles, aut Aluaros proposuerimus? Quid cogitabunt, aut quid sentient (sunt enim & illi, ut nihil aliud, certè homines) vbi audierint spinosas illas & inextricabileis argutias de instantibus, de formalitatibus, de quidditatibus, de relationibus? praesertim vbi viderint de ijs adeò non conuenire inter magnos illos religionis professores, ut frequenter vsq; ad pallorem, vsq; ad conuitia, vsq; ad sputa, nonnunquam

*Bellum in  
Turcas.*



nunquam & vsq; ad pugnos inuicē digla-  
 dientur: vbi Prædicatores pro suo Tho-  
 ma cominus atq; eminus dimicantes, Mi-  
 noritas contra subtilissimos ac seraphicos  
 doctores iunctis vmbonibus tuentes: alios  
 vt nominales, alios vt reales loqui? Si vi-  
 derint rem vsque adeò difficilem esse, vt  
 nunquam satis discussum sit, quibus ver-  
 bis de Christo sit loquendum? perinde qua-  
 si cum moroso quopiam agas demone,  
 quem in tuam ipsius perniciem euocaris,  
 si quid te fefellerit in verbis præscriptis, ac  
 non potius cum dementissimo Seruato-  
 re, qui à nobis præter puram simplicemq;  
 vitam nihil exigit. Obsecro te per Deum  
 Immortalem, quid istis ageretur rebus, ma-  
 ximè si superciliosæ doctrinæ mores & vi-  
 ta similis respondeat? Si ex strepitu nostro  
 plusquam tyrannico, perspexerint ambi-  
 tionem nostram, si ex rapacitate auari-  
 tiam, si ex stupris libidinem, si ex oppres-  
 sionibus sœuitiam, qua fronte ingeremus  
 illis Christi doctrinam, ab hisce rebus lon-  
 gè lateque discrepantem? Efficacissima  
 Turcas expugnandi ratio fuerit, si conspe-  
 xerint in nobis elucere, quod docuit & ex-  
 pressit Christus, si senserint nos non ipso-  
 rum inhiare imperijs, non sitire aurum,  
 nō ambire possessiones, sed præter eorum

*Discordia  
Theologo-  
rum.*

*Christi  
animū e-  
xigit, non  
verba.  
Vita Chr-  
stiana.*

*Quibus r-  
bus potiss-  
imum e-  
xpugnand-  
Turca.*

salutem & Christi gloriam nihil omnino  
 querere. Hæc est illa Theologia vera, ger-  
 mana, efficax, quæ olim & philosophorum  
 supercilia, & principum inuicta sceptrâ  
 Christo subegit. Hoc hoc ageribus nobis,  
 aderit ipse Christus. Neq; verò cõuenit, vt  
 hoc argumento nos valde Christianos de-  
 claremus, si quàm plurimos occiderimus,  
 sed si quàm plurimos seruauerimus: non si  
 multa impiorum milia sacrificauerimus  
 Orci, sed si quàm plurimos ex impijs red-  
 diderimus pios: non si illos diris execratio-  
 nibus deuoueamus, sed si pijs votis salutem  
 illis ac meliorem mentem à superis opte-  
 mus. Quòd si hîc non adsit animus, citius  
 futurũ est, vt nos in Turcas degeneremus,  
 quàm vt Turcas in nostras partes pertra-  
 hamus. Et vt feliciter cadat Martis semper  
 ancipitis alea, fier vt latius fortasse regnet  
 Pontifex, aut huius Cardinales, non vt la-  
 tius regnet Christus, cuius regnũ ita demũ  
 floret, si vigeat pietas, si charitas, si pax, si  
 castitas, id quod optimi Leonis decimi du-  
 ctu atq; auspicijs fore confidimus, ni quod  
 optimum est conantem aliorum rapiat  
 rerum humanarum æstus. Ipse Christus se-  
 se regni cœlorum vindicem ac principem  
 profiteretur, quod non aliter splendidum est;  
 quàm si triumphent ecclesia. Neque enim  
 ideo

*Christia-  
nũ est ser-  
uare, non  
perdere.*

*Belli exte-  
rius incer-  
tus.*

*Christi re-  
gnum.*

ideo mortuus est Christus, ut opes, ut copiaz, ut arma, reliquaq; illa mundani regni Tragedia, quæ quondam penes ethnicos aut certè prophanos principes fuit, ethnicis non ita multum absimiles, nunc sit penes sacerdotes aliquot. Ac mea sententia consultū fuerit, multò aptè, quàm armis experiamur, illorum animos epistolis ac libellis sollicitare. Sed qualibus epistolis? Nō minuscibus, non tyrannicis, sed quæ spirent verè paternam charitatem, quæ Petri Pauliq; pectus referat, quæ non titulū modo præterant Apostolicum, sed *ἐπιπυσταυ* respiciant Apostolicam. Non quòd nesciam fontem omnem ac venam Christianæ philosophiæ reconditam esse in Evangelicis & Apostolicis literis, sed sermo peregrinus, ac sæpenumerò perturbatus, tum figuræ tropiq; obliqui, tantū habent difficultatis, ut nobis etiam non rarò sudandum sit priusquàm intelligamus. Commodissimum itaq; mea sentētia fuerit, si muneris hoc viris aliquot iuxta pijs ac doctis delegetur, ut ex purissimis fontibus Evangelistarum & Apostolorum, ex probatissimis interpretibus uniuersam Christi philosophiam in compendium contrahant, ita simpliciter, ut tamen eruditè: ita breuiter, ut tamen dilucidè. Quæ pertinent ad fidem, quàm paucissimis

*Docendi  
& hortandi prius  
Turce,  
quàm opugnandi.  
Difficultas scripturae sacrae.*

*Compendium doctrinae Christianae.*

mis articulis absoluantur. Quæ ad vitam,  
 item paucis tradantur, & sic tradantur,  
 vt intelligant Christi iugum blandum &  
 commodum esse, non asperum, vt intelli-  
 gant sese patres esse nactos non tyrannos,  
 pastores non prædones, ad salutem voca-  
 ri, non ad feruitutem pertrahi. Homines  
 sunt & illi, nec ferrum aut adamãrem ge-  
 stant in pectore, possunt mollescere, pos-  
 sunt officijs adiungi, quibus mansuescunt  
 & ferè. Et efficax in primis res est Christia-  
 na veritas. Sed quibus Romanus Pontifex  
 hoc negocij volet delegare, eadem opera  
 mandabit, ne quid deflectant ab Archery-  
 po Christo, nec vsquam ad hominum affe-  
 ctus aut cupiditates respiciant. Tale quid-  
 dam utcũq; mihi tum parturiebat animus,  
 cum hoc Enchiridij cuderẽ. Videbã Chri-  
 stianorum vulgus nõ affectibus modò, ve-  
 rumetiam opinionibus esse corruptũ. Per-  
 pendebam eos qui pastores ac doctores se  
 profitentur, plerosq; ad suam compediũ  
 CHRISTI titulis abuti, ne quid interim  
 commemorem de his, quorum nutu ac re-  
 nutu res humane sursum deorsum ἀνομι-  
 λιαὶ ἠγορίας, ad quorũ vitia quantũvis ma-  
 nifesta vix licet ingemiscere. Et in tãta re-  
 rum caligine, in tantis mundi tumultibus,  
 in tanta humanarum opinionũ varietate,  
 quò

Homines  
 sunt &  
 Turca.

Corrupte  
 la seculi.

quòd potius confugiendum quàm ad verè  
 sacram ancorã Evangelicæ doctrine? Quis  
 verè pius non videt ac suspirat; hoc secu-  
 lum longè corruptissimum? Quando vn-  
 quam tyrannis, quando avaritia regnavit  
 aut latius aut impunitius? Quãdo vnquam  
 plus tributum ceremonijs? Quando licen-  
 tius exundavit iniquitas? Quando sic refri-  
 xit charitas? Quid affertur, quid legitur,  
 quid auditur, quid decernitur, nisi quod am-  
 bitionem quæstûq; sapiat? O infelices nos,  
 nisi CHRISTVS nobis aliquot suæ do-  
 ctrinæ scintillulas, suæq; mentis ceu viuas  
 & æternas venulas reliquisset. In hoc igi-  
 tur enitendum, vt omnis hominũ prunis, *Rebus cõ-  
 fusis, ad e-  
 nãgelia re-  
 currendũ.*  
 has scintillas ἀνασπασθῆναι, nã Paulino ver-  
 bo libenter vtimur, has venas scrutemur,  
 donec reperiamus aquam viam salietem  
 in vitam æternam. Hanc nostram terram  
 altissimè scrutamur, vt vitiorum eruamus  
 alimèta, & Christi ditissimam terram non  
 rimamur, vt eliciamus salutem animarum?  
 Nunquam vlla vitiorum hyems, sic extin-  
 guit charitatis ardorem, quin ex hoc filice  
 possit restitui. Petra CHRISTVS, sed *1. Cor. 10.  
 Gene. 16.  
 26.*  
 hæc petra seminarium habet ignis cœle-  
 stis, venas habet aquæ viuæ. Fodit olim pu-  
 teos Abrãam in omni terra, vbiq; scrutans  
 venas aquæ viuæ. Sed eosdem à Philisti-  
 nis

niſ terra oppletos. refodit Iſaac cum pueris ſuis, ne: contentus inſtauraffe priſtinos, fodit & nouos. At ruruſum mouent iurgium & rixas Philiſtæi, neq; tamen ille deſinit fodere. Nec his omnino temporibus deſunt Philiſtæi, quibus terra gratior eſt vitalibus fontium ſcatebris, quippe ij qui terrena ſapiunt, & ad terrenos affectus detorquent doctrinam Euangelicã, quam cogunt humanæ ſeruire ambitioni, cogunt lucris turpibus & tyrannidi ſuæ obſecundare. Quod ſi quis Iſaac, aut ſi qui ex huius familia foderit, repereritq; venam aliquam puram, protinus obſtrepunt ac reclamant, intelligentes eam venam offecturam lucris, offecturã ambitioni, etiamſi pro Chriſti gloria faciat. Mox terram iniiciunt, & corrupta interpretatione venam obturant, foſſorem depellunt, aut ita certè luto ſordibusq; conſpurcant aquam, vt qui inde biberit, pluſ hauriat limi ſordiumq;, quã liquoris. Nolunt ſitientes iuſticiam, de puro latice bibere, ſed adducunt ad ſuas cifternas contritas, quæ rudera habent, aquam non habent. Sed tamen non oportet germanos pueros Iſaac, hoc eſt, veros Chriſti cultores ab hoc labore deſatigari. Nam inter hoc quoq; volunt haberi, qui terram ingerunt Euangelicis fontibus, ad eò vt in-

ter

*Philiſtæi  
noſtrorum  
temporũ.*

*Hiere. 2.*

ter Christianos iam minimè tutū sit, Christum purè docere. Tārūm Inualuerūt Philisti, pro terra belligerantes, pro cœlestibus terrena, pro diuinis humana prædicantes: hoc est, non ea quæ faciunt ad Christi gloriam, sed quæ ad illorum quæstum, qui condonationes, qui compositiones, similesque cauponationes redimunt. Idq; faciunt hoc periculosius, quod suis cupiditatibus, magnorum principum, summi Pontificis, atq; ipsius etiam Christi titulos prætexunt. Atqui nemo verius summi Pontificis agit negocium, quàm qui cœlestē Christi philosophiā purè tradit, cuius ille primus est doctor. Nemo de principibus melius meretur, quàm qui dat operam, vt populi res quàm maximè floreat, & quàm minima tyrannide præmantur. Sed reclamabit hîc aliquis è scholarum agminibus, Facile est cuius in genere præcinere, quid sequendū, quid fugiendum. At quid interim respōdebitur ijs, qui de tot euentis, tot casibus cōsulunt? Primum, plures sunt rerum humanarum species, quàm vt ad singulas possint haberi certa respōsa. Dēinde tanta est circumstantiarum varietas, vt nisi his cognitis ne possit quidem certum responderi. Postremò haud scio an isti certū habeāt quod respondeant, præsertim cūm de plerisque inter

Redēptq;  
res venia-  
rum.

Non po-  
test certè  
responde-  
ri ad sin-  
gula.

inter se dissentiant. Et qui in hoc genere cordatiores sunt, non ita respondere non solent, Hoc facies, hoc fugies, sed, hoc tutius est mea sententia, hoc arbitror tolerabile. Quod si nobis adsit simplex ac lucidus ille oculus ex Euangelio, si domus animi puræ fidei lucernam habeat candelabro impositam, facile minuta ista ceu nebulæ discutientur. Si adsit Christianæ charitatis regula, ad hanc omnia facile exequabuntur. At quid facias, cum hæc regula pugnabit, cū his quæ sunt publico seculorū vsu recepta, quæq; principum legibus sancita? nā & hoc nō rarò vsu venit: Ne damnaris, quòd pro suo officio gerūt principes. At rursus: Noli contaminare ecclesiam illam Christi philosophiam humanis decretis. Maneat Christus id quod est, centrū, ambiētibus circulis aliquot. Noli scopum suo, mouere loco. Qui proximi Christo sunt, Sacerdotes, Episcopi, Cardinales, Pōtiffices, & quorū est sequi agnū quocūq; ierit, purissimā illam partem amplectātur, & quoad licet in proximos transfundant. Secundus circulus habeat principes prophanos, quorum arma legesq; suo quodā modo Christo seruiunt, siue dum iustis bellis profligant hostem, publicāq; tuentur tranquillitatem, siue dum legitimis suppli

*Lumen fidei.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Christ⁹ cētrum.*

*Circuli tres.*

*Primus ecclesiasticorum.*

*Secundus circulus.*



supplicijs coërcent facinorosos. Et ta-  
 men quoniam necessariò versantur in his  
 rebus, quæ cum infima fece terræ, quæ-  
 que cum mundi negocijs coniunctæ sunt,  
 periculum est ne prolabantur longius:  
 Ne bellum nõ pro Republica, sed pro sua  
 libidine gerant: Ne iustitiæ prætextu sa-  
 tiant, & in eos quos clementia sanare po-  
 terat: Ne titulo dominij populum expi-  
 lent, quorum res tueri debuerant. Por-  
 rò vt Christus velut ignis æterni fons, sa-  
 cerdotum ordinem proximè ad se trahit,  
 ac velut igneos reddit, puros ab omni ter-  
 renæ fecis contagio: ita sacerdotum est, &  
 præsertim summorù, principes quoad licet  
 ad sese vocare. Sicubi bellum ingruerit, ad-  
 nitantur Pontifices, vt aut cõponantur res  
 circa sanguinem, aut si id non potest, vt  
 sunt rerum humanarum procellæ, certè id  
 agant, vt minus cruenta geratur bellum,  
 ne ve in longum propagetur. Olim & in-  
 iustis supplicijs intercedebat Episcoporum  
 autoritas, & subinde nocentem è iudicium  
 manibus extorquebat, vt palàm in episto-  
 lis suis testatur Augustinus. Süt enim quæ-  
 dam ita necessaria ad ordinem Reipub. vt  
 ea tamen Christus partim dissimularit,  
 partim à se reiecerit, partim nec impro-  
 bans, nec approbans velut ad ea cõnieat.

Sacerdoti  
officium.

Augusti-  
nus.

Noa

*Que &  
quaternus  
ad ecclesie  
proceres  
pertinet.*

Non agnoscit nummū Cæsaris nec inscriptionem. Cæsuri ita dari iubet, si debeat, quasi ad se non multum pertineas, modo detur Deo quod illi debetur, Adulterā nec damnat, nec palam absoluit, tantum iubet, ne repetat admissum. De damnatis à Pilato, quorum sanguinem miscuerat cū illorum sacrificijs, non pronūciat recte an secus hoc passi sint, tantum simile exitiū cōminatur omnibus, nisi resipiscant. Porro vocatus arbiter diuidendæ hæreditatis palam reiicit, velut indignū se de rebus tam grauis pronuciare, qui cœlestia doceret. Cōtrā, sunt quæ palam detestatur. In Pharisæos auaros, in hypocritas, in diuites elatos, Væ intonat: Apostolos nūquam acrius redarguit, quàm vbi vindictæ cupiditate, aut ambitionis affectu tanguntur. Rogantibus an iussuri essent ignē e cœlo descendere, qui exureret ciuitatem vnde excludēbantur: Nescitis (inquit) cuius spiritus sitis. Petrum à cruce ad mundum reuocare conantem, Satanam appellat. De primatu disputantes, quot modis & quoties reuocat ad diuersum affectum? Sunt item quæ palam docet ac præcipit, Non resistere malo, bene mereri de inimicis, animi mansuetudinem, aliaque consimilia. Distinguenda sunt hæc, & in suum quæque digerenda

*Que Chri  
stus palam  
dānarit.*

*Que pa  
lam do  
ceat.*

da locum. Ne protinus igitur horum quæ geruntur à principibus aut prophanis magistratibus, CHRISTVM faciamus autorem, aut, vt nunc loquuntur, iuri diuino asseramus. Crassa quædam ab illis tractantur, nec omnino Christianæ puritatis, sed quæ tamen infectanda non sint, vt potè necessaria ad rerum ordinem tuendum. Nec enim horum ministerio fit, vt boni simus, sed vt minus mali, vtq; qui mali sunt, minus noceant reipub. Debetur igitur & his suus honos, quòd vtcunq; seruiant iustitiæ diuinæ, publicæq; tranquillitati, sine qua turbatur aliquoties, & ea quæ sunt pietatis. Honorandi sunt vbi suo funguntur officio, tolerandi fortassis vbi sibi gerunt potestatem, ne quid deterius exoriat. Sublucet enim in his quoq; imago vel umbra veriùs diuinæ iustitiæ, quam tamen oportet lōgè expressius, euidētius ac purius in sacerdotum moribus ac legibus elucere. Aliter in ferro relucet imago, aliter in vitreo speculo. In tertio circulo promiscuum vulgus collocemus, veluti crassissimam huius orbis patrem, sed ita crassissimā, vt tamē ad Christi pertineant corpus. Neq; enim oculi tantū corporis membra sunt, verum etiam suræ, pedes, ac pudenda. His sic est indulgendum, vt semper quòad fieri poterit, vocentur ad

*Principib  
leges me-  
die sunt.*

*Mali prin-  
cipes ali-  
quādo to-  
lerandi.*

*Circulus  
tertius.*

*Tolerādi  
infirmi, do  
nec profi-  
ciant.*

eaque Christo sunt potiora. Nam in hoc corpore, qui modo pes erat, oculus fieri potest. Et tamen ut principes si sint impij, nō sunt exacerbādi cōuicijs, ne prouocati grauiores excitent Tragoedias, iuxta sententiam Augustini: ita populus imbecillus exemplo Christi, qui tanta lenitate tulit ac fouit suos discipulos, ferēdus erit, ac paterna fouendus indulgentia, donec paulatim grandescat in Christo. Habet enim & pietas suam infantiam, habet ætatis accessus, habet perfectū & vegetum robur. Omnibus tamen pro sua cuiq; portione ad Christum est enitendum. Elementorum suus cuiq; locus est. Sed ignis qui summā tenet sedem, omnia paulatim ad se rapit, & quoad licet, in suam trāsformat naturā. Aquam eliquatā vertit in aërem, aërem extenuatum in se trāsformat. Multa Paulus indulget Corinthijs, distinguens interim, quæ domini nomine proponeret perfectis, & quæ suo nomine indulgeret infirmis; hac spe tamen, ut proficerent. Galatas iterum parturit, donec in eis formetur Christus. Iam qui putabit hunc circulū principibus magis tribuendum, cū hoc non fuerit magna contentio. Quicquid autem extra tertium circulum erit, id semper & in omnibus detestādum, quod genus sunt ambitio, studium

studium pecuniaz, libido, vindicta, inuidia, obtrectatio, reliquæq; pestes: sed quæ tum demum fiunt immedicabiles, cum pietatis & officij persona commendatæ, in superiores circulos irrepunt, hoc est, cum iustitiæ iurisq; prætextu nostram exercemus tyrannidem, cum per religionis occasionem *consulimus* quæstui, cum ecclesiæ defendendæ titulo mundanū venamur imperiū: cum præcipiuntur velut ad Christi rem facientia, quæ lōgissimè absunt à Christi doctrina. Pròinde scopus omnibus est ingrendus, ad quem enitantur. Scopus autem vnicus est, videlicet Christus, & huius doctrina purissima. Quod si p̄ cœlesti scopo terrenum proponas, nō erit ad quod rectè enitatur qui cōtendit proficere. Quod summum est, id omnibus est destinandum, vt saltē assequamur mediocria. Non est quod vllum vitæ genus ab hoc scopo submoueamus. In affectibus est Christi perfectio, nō in vitæ genere: in animis est, non in pallijs aut cibis. Sunt inter monachos, quos vix recipit extremus circulus, & tamen de bonis loquor, sed infirmis. Sunt inter digamos, quos Christus primo dignatur circulo: Neq; verò fit interim vlli vitæ professioni iniuria, si quod est optimum ac perfectissimū omnib⁹ proponitur. Nisi forte Plato cōtū-

*Scopus vobis est mutandus.*

*Omnibus ad perfectionē est enitendū.*

b a meliosus,

meliosus fuisse putatur in omneis ciuitates, quoniam in politica sua eiusmodi reipublicæ proposuit exemplar, quale hæctenus videre nõ licuit: Aut Quintilianus vniuersum oratorum ordinem læsit, qui tale finxit oratoris exemplar, qualis adhuc nullus extitit. Procul abes ab Archetypo? non reieceris, sed extimularis, vt proficias. Non multum abes? admoneris, vt accedas propius. Neq; enim quisquam vsque adeo processit, vt nõ habeat quò proficiat. Habet autem vnũquodq; vitæ genus cognata quædam degenerandi pericula: ea qui cõmonstrat, non derogat ordini, sed rem ordinis agit. Veluti principũ felicitas obnoxia est tyrannidi, obnoxia est stultitiæ, obnoxia adulationi: hæc qui cõmonstrat vitãda, bene meretur de principum ordine. Nec derogat illorum maiestati qua gloriãtur, qui demõstrat, quibus in reb<sup>9</sup> sita sit vera principum maiestas: qui illos admonet, quid iurarint in suscipiendo principatu, quid debeant populo suo, quid magistratibus. Ecclesiastici præcones ferè, affines sunt duabus potissimum pestibus, auaritiæ & ambitioni. quòd ceu præsentiens primus ille secundũ Christũ pastor, admonet episcopos, vt pascant gregem suum, nõ autẽ expilent aut deglubant, nec pascant turpis lucri gratia,

*Principũ  
vitia cõ-  
muniã.*

*1. Petri. 5.*

rā, sed ex animi prōpta voluntate: nec do-  
 minātur in suos, sed exemplo vitæ prouo-  
 cent ad pietatem potius, quā minis aut  
 imperio. An igitur derogare videbitur or-  
 dini sacerdotali, qui cōmoneat, quibus ra-  
 tionibus episcopi verè magni sint, verè po-  
 tentes, verè diuites? Porro monachorū ge- *Monacho-*  
*rus vulgus.*  
 nus ferè comitatur præter alios morbos, su-  
 perstitio, supercilium, hypocrisis, obtrecta-  
 tio, Non damnat igitur protinus horū in-  
 stitutum, qui monet quibus in rebus sita sit  
 vera religio, & quantum absit à supercilio  
 verè Christiana pietas, quantum absit à fu-  
 co germana charitas, quā pugnet cū syn-  
 cera religione lingue virulentia, præsertim  
 si tali moderamine commonstret quid sit  
 vitandum, vt nec hominem vllū notet, nec  
 ordinē attingat. Quid autem est in rebus  
 humanis tam felix, cui non suæ pestes sint  
 additæ? Sicut igitur adiuuat, non lædit sani-  
 tatem corporis, quisquis indicat quæ res vi-  
 tiant aut tuelant veram sanitatem: ita non  
 auocat à religione, sed adhortatur potius  
 qui demonstrat veræ religionis corrupte-  
 las, ac remedia. Nam audio quosdam sic  
 interpretari, quasi præceptiones huius li-  
 belli, quoniam minus tribuūt ceremonijs,  
 quā vellēt quidē, qui plus nimio tribuūt,  
 necita multum humanis constitutionibus,

*Nihil non obnoxium calūnia.* hominum animos alienēt à vita monasti-  
 ca. Vsq̄ue ad eò nihil tam circumspectè dici  
 potest, quod non rapiatur ab improbis vel  
 in aliquam calumniā, vel in ansam peccādi,  
 vt iam vix tutum sit quicquā rectè mone-  
 re. Si quis à bellis, quæ iam seculis aliquot  
 ob res nihili, plusquàm ethnicè gerim⁹, de-  
 terreat, notatur à sycophātis, quasi sentiat  
 cum ijs, qui negant vllum bellum gerendū  
 Christianis. Nam hæteritos fecimus auto-  
 res huius sententiæ, quòd Pontifex nescio  
 quis, bellum approbare videatur. Neq; ta-  
 men notatur, qui cōtra Christi & Aposto-  
 lorum doctrinam, ad bellum quibuscumque  
 de causis suscipiendum, classicum canit. Si  
*Bellum.* quis admoneat, verè Apostolicū esse, Tur-  
 cas Christi præsidij ad religionem pertra-  
 here, potius quàm armis, continuò vocatur  
 in suspicionem, quasi doceat Turcas, si im-  
 perant Christianos, nullo modo coërcen-  
 dos. Si quis prædicet Apostolorum fruga-  
 litatem, & in horum temporum luxum di-  
 cat aliquid, nō desunt à quibus notetur, ve-  
 lut Ebionitis fauens. Si quis impensius ad-  
 hortetur, vt qui coniugio copulati sunt,  
 magis pietate, & animorum cōsensu, quàm  
 corporum complexu cohareant, & ita pu-  
 rè colant matrimonium, vt virginitati  
 quoad potest, similitimū sit, in suspicionem

VOCA



vocatur, quasi cum Marcionitis oninem  
 coitum spurcum ducat. Si quis admoneat,  
 in diatribis, præcipuè Theologicis, absit  
 ambitiosa vincendi suaq; tuendi pertina-  
 cia, absit theatra illa ostentandarū viriū  
 ambitio: non rectè defertur, quasi scholas  
 in totū damnet. Neq; enim diuus Augusti-  
 nus, admonens dialecticis cauendā esse ri-  
 xandi libidinem, damnat dialecticam, sed  
 pestem illius ostendit, vt vitetur. Itē si quis  
 præposterum vulgi iudiciū taxet, inter vir-  
 tutes primas tribuentis ijs, quæ sunt extre-  
 mæ classis, & cōtrā: item inter vitia vehe-  
 mentissimè detestantis, quæ leuissima sunt  
 mala, cū sint atrocissima, ac retrorsum,  
 protinus in ius vocatur, quasi vitij faueat,  
 quibus grauius vitium anteponit, aut qua-  
 si damnet benefacta, quibus alia præfert,  
 vt sanctiora. Veluti si quis admoneat, ta-  
 riū esse benefactis fidere, quàm pōtificijs  
 condonationibus, non vtiq; damnat illius  
 cōdonationes, sed præfert id quod ex Chri-  
 sti doctrina certius est. Itidem si quis ad-  
 moneat rectiū facere eos, qui domi libe-  
 ris & vxori moderandæ dent operā, quàm  
 si visendi gratia Romam, Hierosolymam,  
 aut Compostellam adeant, eamq; pecuniā  
 quam insumunt in longam ac periculo-  
 sam profectiōem, sanctiū in bonos ac

*Præpos-  
 tū iudiciū  
 de virtu-  
 tibus ac  
 vitij.*

veros pauperes erogari, non damnat pium  
istorum affectum, sed antefert id quod pro-  
pius est vere pietati. Iam vero non nostrum  
modo temporum est, quaedam vitia sic de-  
testari quasi sola sint, cum ceteris ita blan-  
diamur, quasi vitia non sint, cum sint illis  
quae sic execremur atrociora. Queritur in  
epistolis suis Augustinus, unum libidinis  
crimen apud Afros imputari sacerdotibus,  
caeterum in avaritiae, remulentiaeque vitium  
penes laudi verti. Unum illud tragicis mo-  
dis exaggeramus, terque quaterque horren-  
dum facinus, iisdem manibus tractare cor-  
pus Christi, quibus attrectaris corpus me-  
reticis. Nec desunt qui nimium tragicum  
ausint publicitatis asseuerare, leuiorem esse  
culpam, si mulier habeat rem cum bruta  
pecude, quam cum sacerdote. Horum im-  
pudenciam qui refellit, non continuo fauet im-  
pudicis sacerdotibus, sed admonet ea negli-  
gi quae magis erant exaggerenda. Est sa-  
cerdos aleator, est bellator aut gladiator,  
est totus indoctus, totus prophanis rebus  
immerfus, malorum principum malis ob-  
sequij deditus, in hunc non itidem vocife-  
rantur, qui totus prophanus tractet sacro-  
sancta mysteria. Est sacerdos sycophanta  
qui lingua virulenta, mendacisque confictis  
lacerat famam hominis nihil commeriti  
imò,

*Sacerdos  
malus.*

imò bene meriti, cur hîc nō vociferamur:  
 O scelus horrendum, Tun' lingua Tartareo veneno tincta, tun' ore, quo iugulas innocentem, & conficis, & sumis corpus illius, qui pro impijs etiam mortuus est? Ac hoc malific negligimus, vt hinc penè laudē ferant, qui religionē religiosissimā profitentur. Reprehendi merentur qui pernicioso populi exemplo palàm cōcubinas dormi alunt. Quis neget? Sed hic morbus nō paulò est inuisior Christo. Non damnas igitur butyrum qui illi præfert mel, nec probat febrim, qui monet phrenesin esse magis vitandā. Neq; facile dictu fit, quanta morum lues ex huiusmodi præpostèris iudicijs nascatur. Iam quædam ita recepta sunt in ordinem virtutū, vt personam pietatis habeant veriùs quàm vim pietatis, adeò vt nisi circumspectè agas, pietatē veram prorsus extinguant. Si mediocri religionis pestis latuisset in ceremonijs, Paulus non tam acriter in omnibus suis epistolis in eas destomacharetur. Neq; tamē vsquā damnamus moderatas ceremonias, at non ferimus in his puppim ac proram (quod dici solet) sanctimoniarū constitui. Diuus Augustinus vetuit etiam, ne clerici quos domi alebat, notabili vestitu viderentur, sed si cōmendati vellent populo, moribus

Ceremonia in rebus.

ribus cōmendarentur, non vestibus. Nunc  
 quān noui, quān prodigiosi cultus? Neq;  
 tamē hoc infector. Illud demiror, plus fa-  
 tis his tribui, quā fortassis iure reprehendi  
 poterāt, rursus tam parū tribui his, quę so-  
 la cōueniebat spectari. Non infector cōmi-  
 uitijs, quōd Frāciscani suā, Benedictini suā  
 amplectantur regulā: sed quōd quidā illo-  
 rum plus illis tribuunt, quā Euangelio.  
 Quod utinā nō in plerisq; istorū cōperat.  
 Nō infector quōd alij piscibus victitant;  
 alij leguminib<sup>9</sup> aut herbis, alij ouis: sed ad-  
 moneo, vehemēter errare eos, qui Iudaico  
 animo ex his iustitię persuasione induunt,  
 ex huiusmodi nugis ab hominibus re-  
 pertis, se cæteris anteponūt, cū iisdem pro  
 nullo vitio habeatur famā alienā mēdacijs  
 incessere. De ciborū delectu nihil vsquam  
 præcipit Christus nihil Apostoli. Paulus se-  
 pe dehortatur. Virulētam obtreccionē  
 execratur Christus, detestatur apostolicæ  
 literæ: & tñ illic volumus religiosuli vide-  
 ri, hīc fortes sumus & intrepidi. Hęc qui  
 admonet, cū in genere, tum amāter, quę-  
 so num is religionē videtur lædere? Quis  
 aut tā demēs sit, ut proferēdis in lucē mo-  
 nachorum vitijs, velit haberi disertus? At  
 metuūt istis, ne suos habeāt min<sup>9</sup> dicto au-  
 dientes, tum ne pauciores ambient in illo-  
 rum

*Regula  
 hominū.*

*Obiectio.*

rum cooptari gregem. Imò nemo magis obedit, atque vt verbo vtar Paulino, *ουβασίαν*, quam qui hausto Christi spiritu liber esse cœperit. Vera charitas omnia boni consulit, omnia suffert, nihil detractat, obedit præpositis nō solum benignis, verum etiā asperis ac difficilibus. Sed tñ hoc *interim* cauendū præpositis, ne alienā obediētiam in suam vertāt tyrannidē, & ideo malint eos supersticiosos quàm pios, quò magis ad omnē nutum obleruiant. Patres appellari gaudent. Atqui quis est patrum carnaliū, qui suos liberos optet semp infantes esse, quò magis regnū in illos exerceat pro sua libidine? Rursus qui proficiunt ad Christi libertatē, hoc in primis cauere debēt, ne quòd admonet Paulus, libertatē faciant prætextū carni, aut ne iuxta Petri doctrinā, libertatē faciāt velamen malicię. Quòd si vnus aut alter hac libertate sit abusus, nō cōtinuò par est ob id omneis in pperuo Iudaismo cōtinere. Cōperiet quisquis obseruarit, nullum inter istos arctius astringere laqueos ceremoniarum, quàm qui sub hoc prætextu regnāt, & vētri suo viuunt, non Christo. Iam verò non est quòd metuāt, ne nō propagetur Essenorū gen<sup>s</sup>, I tāta ingeniorū & animorū varietate: qua fit, vt nihil etiā sit vsquam tam absurdum quod

*Non abutendū alie  
ne obedi-  
entia.*

quod nõ expetatur à multis. Quanquã magis optandũ istis, vt ingenuos ac veros habeant religionis professores quã vt multos. Atq; vtinam id lege cautum esset, ne quis ante trigessimũ annum eiusmodi laqueis implicaretur, antequã sibi notus sit, aut cognita veræ religionis vis. Cæterũ ijs qui Pharisæorum exemplo suum agunt negotiũ, obeunt terras ac maria, quò faciant vnũ profelytum, nusquã deerunt adolescentes rerum imperiti, quos inuassam illectent, & quos captent. Ingens vbiq; stultorũ ac simpliciũ est numerus. Ego certè sic optarim, nec dubito, quin idẽ optent omnes verè pij, Euangelicam religionem sic omnibus esse penitus cordi, vt hac contèti, Benedictinam aut Franciscanam nullus ambiat: nec dubito, quin idem optet ipse Benedictus, ac Franciscus. Applaudit Moses Christi gloria obscuratis: applauderèt & ij, si nobis amore legis Euangelicæ fõderent humanæ constitutiones. Vellem vniuersos Christianos ita viuere, vt qui nunc soli religiosi vocantur, parum religiosi viderentur: quod & hodie in non paucis verum est, cur enim manifesta dissimulemus? Et tamen olim prima monasticæ vitæ origo, secessus erat ab idololatrafum seuitiã. Mox, hos sequentiũ monachorum

*Matt. 23.*

*Omnia ce  
dunt Chri-  
sti gloria.*

rum instituta, nihil aliud erāt quàm reuocamenta ad Christum. Principū aulae titulo magis quàm vita quondam erant Christianæ. Episcopus mox ambitionis & auaritiæ morbus corripuit. Vulgus itē à primitiua illa charitate refrixit. Hinc secessum captauit Benedictus, & post hunc Bernardus, deinde alij atq; alij. Cōspiratum est à paucis nō in aliud, quàm in purū ac simplicem Christianismū. Déinde tēporis progressu paulatim cum opibus accreuerunt ceremoniæ, refrixit germana pietas ac simplicitas. Et cum videamus palsim monasteria ad mores plus quàm prophanos degenerasse, tamē nouis institutionibus oneratur mūdus, quasi nō & ij paulò post eodem sint prolapsuri. Olim, vt dixi, secessus erat monachorū vita. Nunc ij vocantur monachi, qui toti in meditullio negotiorū mundanorum versantur, planè tyrannidē quādam in rebus humanis exercentes. Et tamen ij ob cultum, ob titulū, nescio quem, tantūm arrogant sibi sanctimonix, vt ceteros præ se non habeant pro Christianis. Cur sic arētamus, Christi professionē, quā ille latissimè voluit patere? Si magnificis vocabulis commouemur. quæso te, quid est ciuitas, quàm magnū monasteriū? Monachi abbati suo parent, aut præpositis, ciues

Vnde ceremonie.

ues episcopo ac pastoribus suis obsequuntur, quos ipse CHRISTVS præfecit, non hominum autoritas. Illi viuunt in otio, & aliena liberalitate saginantur, in cõmune possidentes, quòd citrà sudorẽ illis obuenit: (nihil enim interim dicã de vitiosis) isti, quòd sua pepererũt industria, pro suis quisq; facultatibus impertiunt egentibus. Iam verò quod ad castitatis votũ attinet, nõ ausim explicare quantulũ intersit inter cœlibatũ & castũ matrimoniũ. Postremò non admodũ in eo desyderabimus tria illa vota ab hominib<sup>9</sup> reperta, qui primũ illud & vnicũ votũ, quòd in baptisimo nõ homini, sed Christo nuncupauimus, synceriter pureq; seruauerit. Iam si ex vtroq; genere malos cũ malis cõferas, extra controuersia potiores sunt hi: sin bonos cũ bonis minimũ est discrimen, si tamẽ est vllũ, nisi quòd religiosiores videntur, qui minus coacti præstant religionẽ. Superest igitur, vt nemo vel sibi stultẽ placeat ob vitæ genus ab alijs diuersum, vel alienũ institutũ despiciat damnet' ve. Verũm in omni vitæ genere sit hoc omnium cõmune studium, vt pro sua quisq; virili, ad Christi scopum omnibus præfixum enitatur, & ad id inuicẽ nos cohortemur, atque etiam adiutemus, nec inuidentes ijs qui nos in hoc stadio præ

*Nullũ vitæ genus reprehendendum.*



præcurrunt, nec fastidientes imbecilles, qui nos assequi nondum possunt. Deniq; cum quisq; quod potuit præstitit, ne fiat similis Euāgelico illi Phariseo, qui sua benefacta iactat apud Deum: Ieiuno bis in sabbato, &c. sed iuxta Christi consilium dicat, & dicat ex animo, dicat sibi non alijs modo: Seruus inutilis sum, quod debui facere, feci. Nemo veriùs fudit, quàm qui sic diffidit. Nemo longiùs abest à vera religione, quàm qui sibi valde videtur religiosus. Nec vnquã peius agitur cū pietate Christiana, quàm cum quòd est mundi, ad Christū detorquetur cumque hominum autoritas diuinæ præfertur. In vnum illud caput cōspiremus oportet, si verè Christiani esse volumus. Porro qui ad Christum vocanti homini paret Christo paret, non homini. Et qui fucatos homines, sæuos & imperiosos, non doceat ea quæ faciant ad religionem, sed suam tyrannidem, tolerat, is Christianam præstat patientiam, modò quæ præcipiunt, calamitosum faciant tantum, non etiam impium. Alioquin conueniet Apostolicum illud responsum habere in promptu: Deo obedire oportet potiùs quàm hominibus. Sed iam dudum Epistolarem modum excessimus, adeò nos fallit tempus cum

Quatenus  
parèdum  
malis pro  
lati.

ami

amico suauissimo iucundissime confabulanteis. Liber Frobenianis formulis veluti renatus, multoq; quam antea nitidior & emendatior in tuum sinum aduolat. Adiecta sunt fragmenta quaedam veterum studiorum nostrorum. Visum est autem tibi potissimum hoc quicquid est æditionis adiungere, vt qui ex Erasmo recte viuendi præceptiones sumpserit, à Voltio protinus ad manum habeat exemplum. Bene vale pater optime, ac veræ religionis eximium decus. Admone Sapidum meis verbis, vt sibi verè sapiat, hoc est, sui similis esse pergat: Vuimphelingium, vt adornet τὴν ναυπολίαν, mox cum Turcis conflicturus: quandoquidem iam satis diu bellum gerit cum concubinarijs. Spes est fore, vt illum aliquando videamus Episcopū, mitra bicorni pedoq; conspicuum, sublimem mula vehi. Sed extra iocum, & hos, & Ruseum, cæterosque amicos meo nomine multum saluere iubebis. Erasmi tui salutem interdum puris votis pijsq; precibus Christo Optimo Maximo commendato. Basileæ, pridie Virginis matris assumptæ. Anno M. D. XVII I.

Ἀρχὴν ἀπάντων ἢ τέλος πάντων.

ENCHIRI-  
 DION MILITIS  
 CHRISTIANE.

ERASMI ROTTERDAMI ANICO  
 CVIDAM AVLICO

S. D.



**E**FFLAGITASTI nō  
 mediocri studio, frater in  
 Domino dilectissime, vt tibi  
 cōpendariam quandam  
 viuendi rationem præscri-  
 berem, qua instructus, posses ad mentem  
 CHRISTO dignam peruenire. Ais enim  
 te iam pridem aulicæ vitæ pertæsum, hoc  
 tecū agitare, quo pacto queas Aegyptum  
 vnā cum suis & vitijs & delitijs effugere,  
 ac Mose duce ad virtutum iter feliciter ac-  
 cingi. Quò mihi charior es, hōc impensius  
 gratulor tuo tam salutari proposito: quod  
 spero, vel citra nostram operam fortuna-  
 bit prouehetq; ipse, qui dignatus est exci-  
 tare. Ego tamen nimis quam libens parui  
 vel homini tam amico, vel tam pia postu-  
 lanti. Tu modo annitere, ne vel ipse no-  
 strum officium sine causa videre flagital-  
 se, vel ego sine fructu tuæ morem gessisse  
 c volunt

voluntate. Inq̄ votis communibus benignum illud IESV spiritum imploremus, ut & mihi scribenti suggerat salubria, & tibi ea reddat efficacia.

*Vigilandum esse in vita.*

Cap. 7.

**P**Rincipio etiam atque etiam memineris oportet, nil aliud esse vitam mortalium, nisi perpetuam quādam militiam, teste Iob, milite longe tum exercitatissimo, tum inuictissimo, nimisq; falli vulgus hominū, quorum animos mundus hic prestigiator blandissimis ludibrijs tenet occupatos, qui perinde ac si iam debellatum sit, intempestiuas agunt ferias: neque prorsus aliter, quā in certissima pace mirū quantā vident securitate, quāq; ociosi in utrāque dormiant aurem, cum sine fine tot feratis vitiorum copijs oppugnemur, tot captemur artibus, tot apperamur insidijs. Ecce tibi superne in tuum exitium peruigiles excubant, nequissimi dæmones, mille dolis; mille nocendi artibus in nos armati, qui mentes nostras telis igniferis, Lethaliq; tinctis veneno moliuntur è sublimi confingere, quibus quidem neque Herculi, neque Cephalo fuit vllum iaculū certius, nisi impenetrabili fidei scuto excipiantur. Tum

rursus

*Prestigie mundi.*

*Pax pax, et non est pax.*

*Hostes varij è sublimi.*

*Vicini.*

rursus à dextra leuâque, à fronte pariter, atque à tergo mundus hic nos oppugnat, qui iuxta Ioannis vocem, totus in vitijs est constitutus, eoq; Christo tum infestus, tum etiam inuisus. Neque vero simplex oppugnandi ratio: interim enim rebus aduersis, velut aperto Marte seuiens, animi moenia graui quatit ariete: interim in gentibus quidē, sed vanissimis promissis ad prodicionem sollicitat: interim actis obliquè cuniculis: inexpectatus adrepat, vt inter oscitantes ac securos opprimat: Postremò inferne quoq; lubricus ille anguis, primus pacis nostræ proditor, nunc in virenti gramine concolor abditus, nunc in cauernis illis suis delitescens, centenis contortus voluminibus, non desinit mulieris nostræ semel corruptæ calcaneis infidiari. Mulierem autem carnalem hominis partem intellige: Hęc est enim Eua nostra per quam versutissimus serpens, ad mortíferas voluptates mentem nostram illectat. Porro à utem quasi parum sit, sic vndiq; tantum hostium inaminere, intus denique in ipsis animâ penetratibus hostē fetimus plusquam familiarem, plusquam domesticum, quo vt nihil interius, ira nihil potest esse periculosius. Hic hic est vetus ille & terrenus Adā,

*Variis oppugnandi via.*

*Hostes inferi.*

*Mulier affectus.*

*Hostis domesticus.*

consuetudine plusquam ciuis; studio plus  
 quam hostis, quem neque arcere vallo li-  
 ter, neque castris exigere fas est. Hic no-  
 bis centenis est obseruandus oculis, ne for-  
 te Dei præsidium aperiat dæmonibus. Er-  
 go cum tam formidabili, tamque difficili  
 bello distringamur omnes, cumque nobis  
 res sit cum hostibus tam multis, tam in no-  
 stram perniciem iuratis atque deuotis, tam  
 vigilatibus, tam armatis, tam perfidis, tam  
 exercitatis: nos male sani, contra non ar-  
 ma capimus? non excubias agimus? non o-  
 mnia suspecta habemus? Sed perinde ut in  
 rebus bene pacatis, supini stertimus, cessa-  
 mus, voluptamur, atque cuticulam (viciam)  
 curamus ociosi. Neque omnino secus, quam  
 si ista vita nostra Græca sit cōpotatio, non  
 bellum, ita pro castris & pellibus, in cubili-  
 bus volutamur. Pro duris armis, rosis &  
 Adonidis delicijs redimimur: pro milita-  
 ribus studijs, luxu & ocio indulgemus: pro  
 Martijs telis, citharā imbellem tractamus,  
 quasi vero nō ista pax bellum sit omnium  
 terribissimum. Etenim qui cum vitijs pacem  
 iniit, cū Deo in baptismo percussus fec-  
 dus violauit. Et tu vesane clamas pax pax,  
 cū Deum habeas inimicum, qui solus &  
 pax est, & pacis autor. Clareque reclamatione  
 ipse

ipse per os prophetæ, Non est, inquiens, pax impijs. Neque enim prorsus alia est cum illo pacis cōditio, nisi dum in hoc p̄fido corporis militam⁹, odio capitali summaq; vā, cum vitijs belligeremur. Alioquin cum ijs nobis conueniet, eum qui solus potest, amicus beare, inimicus perdere, bis hostem sumus habituri, simul quod ab illis stamus; cum quibus solis nihil conuenit Deo: (quid enim conueniat luci cum tenebris?) simul quod ingratisimi, pactam illi fidem non præstamus, & sanctissimis ceremonijs ictum scædus nepharie soluimus.

An nescis ò Christiane miles, iam tū cum viuifici lauacri mysterijs initiabaris, nomē dedisse te duci Christo, cui bis vitam debebas, pariter & donatam & restitutam; cui plusquam te ipsum debebas? Non succurrit te verbis conceptis, in tam benigni Imperatoris iurasse sententiā, eius sacramentis, veluti donarijs autoratū, tumq; ipsius Divis deuouisse caput, si minus pacto stares? Quorsum attinebat crucis charactere rem imprimi fronti tuæ, nisi vt quoad viueres, sub illius signo militares? Quorsum pertinebat sacro illius perungi ceromate, nisi vt cum vitijs æternū luctamen ingredereris? *Symbola baptismi.*

Quantus pudor, quanta penè publica

*Christiani  
titulus.*

*Luc. cap.  
11.*

blica humani generis execratio, cum à duce principe deficit homo? Tu cur ludibrio habes Christum ducem tuum? neque meru illius coërcitus, cum sit Deus, neque amore prohibitus, cum tua causa sit homo? Cuius etiam vocabulum præ te ferens, admodum debebas, quid illi promiseris. Cur ad hostem, unde te semel precio sanguinis tui redimit, perfidus desciscis? cur bis transfuga in hostilibus castris meres? Qua fronte audes contra tuum regem signa infesta tollerere, qui pro te vitam impendit? Nam qui pro illo non stat, ut dixit ipse, contra illum stat: & qui cum illo non colligit, dispergit. Meres autem non solum foedo titulo, sed etiam infelicissimo stipendio. Vis audire stipendium tuum, cum quisquis mundo militas? En tibi Paulus Christianæ militiæ signifer respondet: Stipendium, inquit, peccati mors. Quis vel speciosam militiam suscipiat, si mors proposita sit corporis? Tu vero tam foedam toleras animæ mortem, mercedis loco reportaturus? In bellis istis insanis, quæ cum hominibus homines, vel ferina rabie, vel certe misera necessitate gerunt, nonne vides si quando militum animos, vel prædæ promissæ magnitudo, vel formidata victoris crudelitas, vel opprobriatæ pudor ignaviæ,



ignavit, vel laudē denique cupido stimula-  
 vit, quā alacribus studijs, quicquid est la-  
 boris exhauriant, quā vilem habeant vi-  
 tam, quāto ardore certatim in hostem ad-  
 verſum rapiantur: Et quantula, quæ ſo-  
 merces miseris tanto discrimine, tantoque  
 ſtudio petitur: Nempe vt ab hominibus  
 Imperatore collandis, militari fremunt, et  
 ſtrenſiq; atq; incondita, cantruncula cele-  
 brentur, vt corolla graminea, aut quæris  
 frondibus cingantur, vt peculij platiculæ  
 domum referant. Nos cōtrā, neq; pudore,  
 neq; præmio accendimur, cū eundem ha-  
 beamus noſtri certaminis ſpectatorē, quē  
 habituri ſumus & remuneratoſem. Quæ  
 vero victori præmia propoſuit noſter Ago-  
 noches: profectō nō tripodas, aut mulos,  
 qualia apud Homerum Achilles, apud Ma-  
 ronem Aeneas, ſed quæ neq; oculus vidit,  
 neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ſeſe  
 derunt: & hæc quidem interim veluti abſo-  
 lum ſolatia impertit adhuc ditantibus.  
 Quid deinde? felicē immortalitatem. Sed  
 in ludicris illis certaminibus, in quibus po-  
 tiſſima præmij pars gloria eſt, & victi ſua  
 munera ſortiuntur: Nobis ſummo atq; an-  
 cipiti periculo res geritur, neque de lau-  
 de, ſed de capite certatur. Et vt ſumma

merces proposita gnauiter operā nauanti  
 ritā summa decreta pœna desertori. Cœ-  
 lum promittitur strenue pugnanti, & non  
 incalescit generosæ mentis uuida virtus,  
 ram felicitis præmij spe? Præsertim promissi  
 autore illo, qui tā fallere non potest, quam  
 non esse nequit. Geruntur omnia sub ocu-  
 lo cuncta contuentis. Dei: habemus uni-  
 uersum cœli cœtus nostri copiosus spe-  
 ctatorem, & non uel pudore accendimur?  
 Collaudabit ille virtutem nostram, à qua  
 probari suprema felicitas est. Quin habo  
 gloriam, uel uitæ dispēdio petimus? Igna-  
 uum pectus est, quod nullis præmij exci-  
 tatur, at solent & ignauissimi malorū me-  
 tu expergefieri. At illic quidem hostis, ut  
 sit uolentissimus, in fortunas atq; in cor-  
 pus saui. Quid autem amplius in Hector-  
 rem potuit crudelissimus uictor Achilles?  
 At hic sequitur in immortalem sui partem.  
 Neque cadaver tuum, circum sepulchrum  
 trahitur, sed corpus pariter atq; anima ad  
 inferos demergitur. Illic extrema calami-  
 tas, ut animā à corpore uictor gladius au-  
 ferat, hic ipsi animæ sua uita eripitur Deus.  
 Naturæ est interire corpus, quod etiam si  
 nullus occidat, tamen non emori non po-  
 test. At animam mori, infelicitatis extre-

mæ est. Corpusquli vulnera quanta cautela depellimus, quanta sollicitudine medemur, & animæ vulnera negligimus? Corporis interitum immane quantum horremus, propterea quòd oculis videatur corporeis. Animam vero moriètem quoniam nemo videt, pauci credunt, paucissimi formidant, cum sit hæc mors illa morte tanto atrocior, quàm corporei præstat anima, quàm anima Deus. Vis tibi coniecturas quasdam cõmonstrem, quibus animæ deprehendas vel morbum, vel interitum? Male concoquit stomachus, cibum non continet: corporis morbum intelligis. Non tam panis cibus est corporis, quàm animæ cibus verbum Dei. Id si tibi amarum est, si nauseam sapit, quid adhuc dubitas, quin animæ tuæ palatum morbo sit infectum? Si non continet, si non concoctum in viscera traiecit, evidens habes argumentum valedudinariam esse animam. Cum genua labant, & membra vilægra trahuntur, corpus male habere cognoscis, & non colligis animi morbum, cum ad omnia pietatis officia languet, nauseatque, cum ne leui quidem conquehæ ferendæ robur supponit, cum paulo pecuniosa dispendio frangitur. Postquam oculus destitit visus,

Languet  
 anime.

Mors quid  
 agat.

c 5 vbi

*Mors quid  
agat.*

vbi defuerit audire aures, posteaquam con-  
stupuit omne corpus, nemo dubitat, quin  
emigrarit anima. Tu cum habeas cordis  
oculos obscuratos, & euidentissimum lu-  
men, quod est veritas, nō videas, cū vocem  
diuinā internis auribus non percipias, cū  
omni prorsus sensu careas, viuere c. edis a-  
nimā? Vides fratrem indigna patientē, ni-  
hil commouetur animus, modo tua res sit  
incolumis. Cur nihil hic sentit animā? Ne-  
pe quia mortua. Quare mori tua? Quia non  
adeſt illius vita, Deus. Siquidem vbi Deus,  
ibi charitas. De<sup>o</sup> enim charitas est. Alioqui  
si viuum es membrum, cur vlla pars corpo-  
ris dolet, te nō modò non dolente, verum  
ne sentiente quidem. Accipe signum, non  
paulò etiam certius. Defraudasti amicum,  
commisisti adulterium, capitale vulnus ac-  
cepit anima, & tamen adeò tibi non dolet,  
vt etiam quasi de lucro gaudeas, iactesq;  
quod turpiter admisisti. Certū habe mor-  
tuam iacere animam. Non viuit corpus, si  
punctionem a ciculæ non sentiat, & viuet  
anima, quæ tanti vulneris sensu vacat? Au-  
dis quempiam sermones impios, tumidos,  
maledicos, impudicos, obscenos profanen-  
tem, verbis rabiosis in proximum debac-  
chantem, caue partes istius hominis tuam ef-  
se ani

*Cadaver  
anime.*

se animā. iacet in sepulchro pectoris putre  
 cadauer, vnde eiusmodi foetores exhalatur  
 & proximū quenq; inficiūt. Christus Phari-  
 szos sepulchra dealbata vocat. Quid ita?  
 Nēpe quia mortuā animam secum circum-  
 terebant. Et regius ille propheta: Sepul-  
 chi, inquit, patens guttur eorū; linguis  
 suis dolose agebant. Piorū corpora tēpla  
 sunt Spiritus sancti; Impiorū, sepulchra ca-  
 dauerum, vt potissimū in eos quadret illa  
 grammaticorum etymologia *quasi*  
*cau. a.* Sepulchrum pectus, guttur & os, hia-  
 tus sepulchri. Neq; vllū corpus moreuim.  
 tam est destitutū anima, quam mortua est  
 anima relicta à Deo. Neq; vllum corpo-  
 reū cadauer sic obolet naribus hominū,  
 vt foetor animæ sepulchre iam quatrīduimū  
 offendit nares diuinā; omniumq; cœlitū.  
 Ergo cum verba mortua proficiscuntur  
 è pectore, cadauer intus eubet, necesse est.  
 Nam cum iuxta vocem Euangelicam; ex  
 abundantia cordis os loquatur; nimitū vi-  
 ua verba Dei loqueretur, si illic adesse vita  
 Deus. Contra in Euangelicis literis Chri-  
 sto dicunt discipuli: Domine quò ibimus?  
 verba vitæ habes. Cur ita tandem verba vi-  
 tæ? Nempe quòd ab ea manarent, anima,  
 à qua nunquam vel momento discesserat  
 diuini

*Remedia.*

diuinitas, quæ & nos vitæ restituit immor-  
 tali. Sed ægrotanti corpori paulò succur-  
 rit medicus. Corpus exanime nõ raro re-  
 uocantur ad vitã & homines pij. Animam  
 verò mortuam, non nisi singulari gratui-  
 taq; virtute resuscitat Deus, ac ne resusci-  
 cat, quidem, si mortua corpus reliquerit.  
 Tum corporis mortis aut nullus, aut cet-  
 re breuissimus est sensus, animæ sempiter-  
 nis. Et cum alioqui plus quam mortua siq-  
 tamẽ ad mortis sententiam quodammodo est  
 immortalis. Præinde cum tam notis peri-  
 culo nobis sit dimicandum, quis ille stupor,  
 quæ securitas, quæ supinitas animi nostri,  
 quem tanti mali metus non acuit? At è di-  
 uerso nihil est quod te vel periculi magni-  
 tudo, vel hostiũ copia, vires, artes, conster-  
 nent animo. Succorrit quàm grauem ha-  
 beas aduersariũ, succurrat è regione, quàm  
 præsentem habeas opiculatorem. Innume-  
 rabiles aduersant te, sed qui pro te stat, vi-  
 nus plus potest omnibus. Si Deus pro no-  
 bis, quis contra nos? Si ille sustinet, quis de-  
 ijciet? Tu modo victoriæ votum toto pe-  
 ctore concipe. In mentem veniat, non tibi  
 cum integro hoste rem esse, sed cõ eo qui  
 iam obit fractus, fusus, exutus atque ad eò  
 triumphatus sit à nobis, sed in Christo ca-  
 pite

pite nostro, à quo procul dubio vicissim  
 vincetur & in nobis. Tu modo cura vt sis  
 in corpore, & omnia poteris in capite. In  
 re ipso quidem nimis es imbecillis, in illo  
 nihil nō vales. Proinde ne anceps quidem  
 est nostri Martis exitus, propterea quod  
 neutiquam à fortuna pendeat victoria, sed  
 ea omnis in manu sita sit Dei, ac per eum  
 nostris quoq; in manibus. Nemo hic non  
 vicit, nisi qui vincere noluit. Auxiliatoris  
 benignitas nulli defuit vnquam: si caueris  
 ne benignitati illius desis ipse, vicisti. Pro  
 te pugnabit, & liberalitatē suam tibi pro  
 merito imputabit. Victoriā vnquam illi  
 feras acceptam oportet, qui primus & so-  
 lus à peccato humanis peccati tyrānidem  
 oppressit, verum ea tibi non sine tua con-  
 tinget industria. Nam qui dixit, confidite,  
 quia ego vici mundum, magno te vult ani-  
 mo esse, non securo. Ita demum per illum  
 vincemus, si illius exemplo pugnabimus.  
 Quare sic inter Scyllam Charybdimque  
 medius quidam cursus est obtinendus, vt  
 neque diuina gratia fretus, securius agas  
 atque solacius, neque belli difficultatibus  
 exanimatus, animam simul cum armis ab-  
 ijcias.

Ioan. 16.

De

*De armis militiae Christianae.*

**A**Tque illud in primis arbitror ad huius militiae disciplinam pertinere, ut quam maxime cognitum, meditatumque habeas, quo potissimum armorum genere, quibus cum hostibus oporteat congregari. Tum ut ea semper in expedito habeas, ne quando possit insidiator ille versutissimus, inermem opprimere atque inopinantem. In vestris bellis non raro licet interquiescere, vel cum hybernat hostis, vel cum intercedunt induciae. Nobis donec in hoc corpore militamus, ac digitum quidem, ut aiunt, transuersum licet ab armis discedere. Nunquam non standum pro castris, nunquam non excubandum, quia nunquam cessat hostis noster. Imò cum tranquillus est, cum fugam aut inducias simulat, tum vel maxime molitur insidias: neque unquam cautius excubias oportet agere, quam cum pacis speciem exhibet: nunquam minus trepidandum, quam cum aperto Marte nos adoritur. Ergo prima cura sit, ne inermis sit animus. Armamus corpusculum hoc, ne timeamus sicam latronis, non armabimus mentem, ut in tuto sit? Armati sunt hostes ut perdant, nos piget arma capere ne pereamus?

*Nunquam  
cessandum  
Christiano.*



pereamus? Vigilant illi ut perimant, nos non  
 vigilamus, quò simus incolumes? Sed de ar-  
 matura Christiana speciatim suo loco di-  
 cetur. Interim, ut summam dicam, duo  
 præ paranda sunt arma ei, cui sit cum  
 septem illis gentibus Chanaanæ, Cetheo,  
 Amorreo, Pherezeo, Gergezeo, Eueo, Ie-  
 buseo, hoc est, cum vniuersa vitiorum co-  
 horde pugnandum. quorum septem capi-  
 talia potissimum numerantur, precatio, &  
 scientia. Semper armatos esse vult Paulus,  
 qui sine intermissione iubet orare. Preca-  
 tio pura in cœlum subducit affectum, arcẽ  
 videlicet hostibus inaccessam. Scientia sa-  
 lutaribus opinionibus communit intelle-  
 ctum, ita ut neutrà alteri deesse oporteat.  
 Alterius sic Altera poscit opem res, & con-  
 iurat amicæ. Illa quidẽ exorat, sed hæc sug-  
 gerit, quid sit orandum: ut ardentè ores,  
 & iuxta Iacobum, nihil hæsitans, fides spes-  
 q; præstant: ut in nomine Iesu, id est, saluta-  
 ria petas, scientia demonstrat. Audierunt  
 & filij Zebedæi à Christo, Nescitis quid  
 petatis. Sed precatio quidem potior, ut quæ  
 cum Deo sermones misceat, at scientia non  
 minus necessaria tamen. Aegypto profu-  
 gus, nescio an satis tuto te tam lógo, tamq;  
 difficili itineri commissurus sis, nisi duobus  
 his

Horatius.

his ducibus, Moſe, & Aaron. Aaron ſacris præfectus, precatiōnis gerit typum. Moſes legis cognitionē ſignificat. Sed vt ſcientiam oportet non eſſe mancam, ita precatiōnem non conuenit eſſe ignauam. Precatiōnis armis pugnat cum hoſtibus Moſes, ſed manibus in altum ſublatis. Quas ſimul atq; demiferat, ſit inferior Iſraël. Tu fortaffe cum oras, hoc modò ſpectas, quantum psalmorum permurmuraris, & multiloquium orandi virtutē arbitraris. Quod vitium potiſſimum eſt eorum, qui adhuc in litera ſunt infantes, neq; ad ſpiritus maturitatem adoleuerūt. Sed audi quid apud Matthæum nos doceat. Chriſtus: Orantes autem, inquit, nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur: nolite ergo aſimulari eis: ſcit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequàm petatis eum. Et

*1. Cor. 14.* Paulus decem milia verborum in ſpiritu, hoc eſt, oretenus pronuntianda cōtemnit præ quinque in ſenſu proferendis. Moſes nullam edebat vocem, & tamen audiebat. Quid clamas ad me? Non ſtrepitus ille labiorum, ſed ardens animi votum, tanquam intentiſſima quæpiam vox ferit aures diuinas. Tum igitur hoc tibi familiare facias, ſimul

*Allegoria  
Moſi.*

simul atque ingruerit hostis, vbi te relicta  
 vitia sollicitant, vt statim mentē cum certa  
 fiducia ad cœlum erigas, vnde veniet auxi-  
 lium tibi, sed eodem tollantur & manus.  
 Tutissimum est pietatis officijs occupari,  
 vt opera tua non ad terrena studia, sed ad  
 Christum referantur. Sed ne scientiæ sub-  
 sidia contempnas, illud considera. Antea sa-  
 tis erat Israël hostem effugere, at nō prius  
 sibi fidit, vt Amalechiten prouocet, vt co-  
 minus experiatur, quā esset manna cœ-  
 lesti, & aqua de petra scatēte refectus. His  
 epulis confirmatus egregius ille bellator  
 Dauid, vniuersam hostium cohortem con-  
 temnit. *Parasti, inquit, in cōspectu meo*  
*mensam aduersus omnes qui tribulāt nos.*  
 Crede mihi frater animo meo charissime,  
 nulla tam vehemens hostium impressio, id  
 est, *nulla tam valida tentatio*, quā ardēs  
*sacrarum literarum studium* nō facilē re-  
 tundat, *nulla tam tristis aduersitas*, quā  
 non reddat tolerabilem. Atqui ne videar  
 audaculus interpret (quanquā possem me  
 magnis autoribus tueri) quid aptius arca-  
 nę legis sciētiam adumbrare queat, quā  
 manna? principio enim quōd non ē terra  
 prouenit, sed cœlitus depluit, discrimen vi-  
 des inter humanas & diuinas literas: o-  
 d mnis

*Allegoria  
 de māna.*

mnis enim scriptura sancta diuinitus est inspirata, atque à Deo autore profecta. Quòd minutum, sermonis est humilitas, sub verbis penè sordidis, ingenia mysteria claudentis. Quòd candidum: Nulla mortalium doctrina est, quæ non sit, aliquo nigrore erroris vitata: Sola Christi doctrina tota niuea, tota cãdida, tota syncera est. Quòd rigidulum est atq; subasperum, mysterium litera obiectum exprimit. Superficiem & quasi filiquam si quis attrectet, quid durius atque insuauius? Nõ nisi tunicam manna gustauerant, qui dicebat: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Erue sensum spiritalem, iam nihil suauius, nihil succulentius. Deniq; m̃ana Hebræis sonat, quid est hoc: quod & ipsum pulchre quadrat in diuinam scripturam, quæ nihil habet ociosum, imò ne apicem quidem non dignã vestigatione, non dignum admiratione, non dignum hac voce, Quid est hoc. Aquarum verò nomine, scientiam diuinæ legis significare familiare est spiritui sancto. Legis aquas refectionis, super quas se gloriatur educatum Dauid. Legis aquas, quas sapientia deriuat in capita viarum omnium. Legis flumen illud mysticum, in quod ingressus Ezechiel, vado transire

Ioan. 6.

*Allegoria  
de aquis.*

Ezech. 47

transire non poterat. Legis puteos quos  
 foderat Abraham, quos terra oppletos à *Gen. 26.*  
 Philistæis, denuo restituit Isaac. Legis font- *Exod. 25.*  
 es duodecim, ad quos per agratis quadra-  
 ginta mansionibus, iam fatiscientes respi-  
 rant Israëlita. Legis & in Evangelio pu-  
 teum, sup quē itinere fessus assedit Iesus.  
 Legis aquas Syloë, ad quas idē mittit ca-  
 cum, ut visum recipiat. Legis aquā in pel- *Ioan. 9.*  
 uim missam, abluendis Apostolorū pedi- *Ioan. 4.*  
 bus. Et ne singula recēseā hoc significatu,  
 frequens mentio est in arcanis literis pu-  
 teorū, fontium, fluminū, qua nobis nihil aliud  
 quā mysteria scripturæ diligēs vestiga-  
 tio cōmendatur. Quid enim aqua in terræ  
 venis abditæ, nisi mysterium obductū lite-  
 ræ? Quid eadem ad scatebram elicitæ, nisi  
 mysterium erutum atque explanatum?  
 quod ubi ad auditorum ædificationem, lō-  
 ge lateque propagatur, quid iam prohi-  
 bet flumen appellare? Ergo si te totum  
 studio scripturarum dedicabis, si in lege  
 Domini meditaberis die ac nocte, non ti-  
 mebis à timore nocturno, siue diurno, sed  
 ad omnem hostium inultū munitus atque  
 exercitatus eris. Neq; equidem vsquequa-  
 que improbarem ad hanc militiā, velut  
 tyrocinio quodā præcludere in literis poëta

d 2 rum,

*Studia prima.* rum, & philoſophorum gentilium, modò modice ac per ætatem quis eas attingat, & quaſi in tràſcurſu arripiat, non autem immoretur, & veluti ad ſcopulos Sirenæos conſeneſcat. Nam ad hæc quoque ſtudia vocat diuus Baſilius aduſcentulos, quos ad Chriſtianos mores inſtituit: & ad Muſas reuocat Licentium ſuum noſter Auguſtinus. Neque pœnitet adamatæ captiuæ Hieronymû. Laudatur Cyprianus, quòd Aegyptijs ſpolijs tẽplum domini locupletariſit. Verum nolim te cum gentilium literis gentilium & mores haurire. Alioqui permulta reperies & illic ad recte viuendum conduçibilia: neq; aſpernandû, quod etiam ethnicus autor bene monet, quan-  
*Exod. 18.* do quidem nec Moſes Iethro ſoceri conſilium eſt aſpernatus. Fingunt illæ literæ vegetantq; puerile ingenium, atque ad diuinarum ſcripſurarum cognitionem mire præparant, ad quas illic pedibus: manibusq; illotis irrumperet, penè ſacrilegij genus eſt. Hieronymus eorum impudẽtiam taxat, qui modo à ſecularibus ſtudijs proſecti, audent diuinas tractare ſcripturas. At quantò faciunt impudentius, qui ne guſtatis quidem illis, iſtuc ipſum audent. Sed uti diuina ſcriptura non multum habet fru-  
 ctus,

Aus, si in litera perfistas hæreasq; : ita non  
 parum utilis est: Homericæ Vergilianæq;  
 poësis, si memineris eam totam esse alle-  
 goriam: Id quod nemo negabit, qui modo  
 veterum eruditionem, vel summis labijs  
 degustarit. Obscenos autem poëtas, sua-  
 serim omnino non attingere, aut certe nõ  
 introspicere penitus, nisi forte noueris de-  
 scripta magis, horrere vitia, & contentionem  
 sapientum, yehementius amare honesta. Et  
 philosophis apte Platonicos te se qui ma-  
 lum, propterea, quod cum plerisque senten-  
 tijs, tum ipso dicendi charactere, quam pro-  
 xime ad propheticam Evangelicamq; figu-  
 ram accedunt. Breuiter omnem ethni-  
 cam literaturam delibata profuerit, si qui-  
 dem id fiat, vt illi, & anisidoneis, & mo-  
 dice; tum cantum & cum delectu; deinde  
 sursum, & peregrinantis nõ habitantis nos-  
 re: postremo, quod est precipuum, si omnia  
 ad Christum referantur. Sic enim mundis  
 omnia munda sunt, cum inmundis contra  
 nihil sit mundum. Neque vitio tibi verte-  
 tur, Si Salomonis exemplo, sexaginta regi-  
 nas, octoginta concubinas, & innumerabi-  
 les secularis sapientia puellas domi hæs,  
 modo diuina sapientia præter operas sit  
 vnica tua, formosa tua, columba tua. Et

Poëta quo  
 modo legē-  
 di.

Philo-  
 sophia.

Cant. 6.

Dent. 21.

Israëlites amat alienigenam barbaramq; forma captus, sed capillis derasis, unguibus præfectis, ex allophyla facit Israëlitem. Et Ozeq fornicariam ducit, verum ex ea liberos tollit non sibi, sed domino Sabaoth, sanctumque Prophetæ stuprum dominicam auget familiam. Hebræi postquam Aegyptum reliquerant, aliquandiu conspersio vivebant, sed hic cibus temporarius erat neque ad tantam profectio-  
*Osee. I.*  
*Cōspensū.*  
*I. Para. 13*  
*I. Para. 17*  
 nem poterat suppetere. Ergo eo mox fastidito, ad manna quantum potest propere-  
 randum celestis sapientiaæ quæ te altit-  
 tim alet animabitque, donec propositi vi-  
 ctor peruenias ad palmas illas præmij, nū-  
 quā desituri. Sed interim etiã atq; etiã me-  
 mimeris, non oportere nisi lotis manibus,  
 hoc est, summa animi puritate tractari di-  
 uinas literas, ne tibi antidotus tuo vicio  
 vertatur in venemū, & manna tibi putrescat,  
 nisi in viscera affectus traieceris: eueniat  
 autem quod illi Ozeq, qui nō veritus est,  
 arce nutanti prophanas admoliri manus,  
 & improbū officium subita morte luit. Pri-  
 mū est, vt de eis literis digna sentias. Ora-  
 cula vera (vt sunt) esse puta, de diuinæ mē-  
 tis adyto profecta. Afflari te numine, affici  
 rapi, transfigurari ineffabili modo senties,  
 si re



f. religioſe, ſi cū veneratione, ſi humiliter  
 adieris. Videbis ſpōſi beati delicias, videbis  
 opes ditiffimi Sōlomonis, videbis abditos  
 theſauros æternæ ſapientiæ. Sed caue im-  
 probè irrūpas in cōclauē, humile eſt q̄ſitiū,  
 vide ne capite impingas ac reſilias. Sic por-  
 tō exiſtima, nihil tam verum eſſe eorum  
 quæ vides oculis, quæ manibus contrectas,  
 quàm quæ ibi legis. Vt cœlum, vt terra in-  
 tereant: de verbis diuinis ne vnū quidem  
 iota aut apiculus interiturus eſt, quin o-  
 mnia ſiant. Vt mentiantur, vt eſtēt homi-  
 nes, veritas Dei neq; fallit, neq; fallitur. Ex  
 interpretibus diuinæ ſcripturæ eos potiffi-  
 ſimum delige, qui à litera quàm maximè  
 recedant. Cuiuſmodi ſunt in primis poſt  
 Paulum Origenes, Ambroſius, Hierony-  
 mus, Auguſtinus. Video enim neotericos  
 theologos literæ nimium libenter inhæ-  
 rere, & captioſis quibuſdā argutijs, magis  
 quàm eruendis myſterijs operam dare,  
 quaſi verò non verè dixerit Paulus, legem  
 noſtram ſpiritualem eſſe. Audiui ego nō-  
 nullos, qui ſibi uſque ad hunc humanis illis cō-  
 mentationibus placebant, vt veterum in-  
 terpretamenta penè pro ſomnijs cōtem-  
 nerent: tantumq; illis fiducię Scotus facie-  
 bat, vt ne lectis quidē vaquam factis litera-

*Fides ſcri-  
 pturæ di-  
 uinæ.*

*Theologi  
 interpre-  
 tes.*

*Scotiſta.*

ris, se tamen absolutos theologos putarēt. Qui etiam si argutissima dicant, an spiritali digna dixerint, aliorum esto iudiciū. Tu si mauis spiritu esse vegetior, quam ad contentionem instructor, si saginā animæ quæris, magis quam ingenij pruritus, veteres potissimum euolue, quorum & pietas spectatior, & eruditio vberior. antiquiorq; & oratio neq; ieiuna neq; sordida, & interpretatio sacris mysterijs accommodatior. Neq; vero hoc dixerim, quod Neotericos cōtempnam, sed quod utiliora. præferam tuoq; proposito conducibilia. Habet autem spiritus ille diuinus suam quandam linguam, suasq; figuras, quæ tibi sunt in primis diligenti obseruatione cognoscendæ. Balbutit nobis diuina sapientia, & veluti mater quæpiam officiosa, ad nostrā infantiam voces accommodat. Lac porrigit infantulis in Christo, hokus infirmis. Tu vero festina adulescere, & ad solidum propera cibum. Demittit illa sese ad tuam humilitatem, at tu contra ad illius sublimitatem assurge. Monstri simile est, semper infantem esse, nimis ignauum, non desinere esse infirmum. Magis sapiet, magis pascet, vni<sup>9</sup> versiculi meditatio, si rupta filiqua medullam erueris, quam vniuersum Psalterium

Sermo scri-  
ptura sa-  
crae.

rium ad literam tantum decantatū, Quod  
 quidē ego hoc diligentius admoneo, quod  
 re ipsa cognitum habeam, errorem hunc  
 non vulgi modo animos passim occupas-  
 se, sed & eorum qui vestitu & nomine per-  
 fectam religionem profitentur, vt putent  
 summā pietatē hanc in re sitam, si quā  
 plurimum psalmorum vix etiam ad literā  
 intellectorum, quotidie percenseant: neq;  
 aliud in causa esse iudico, quod videamus  
 monasticam pietatem sic ybiq; frigere, lan-  
 guere, evanescere, quā quod in litera cō-  
 teneant, neq; ad spiritalem scripturarum  
 cognitionem elaborant. Neque audiunt  
 Christum in Evangelio clamantem: Caro  
 non prodest quicquam, Spiritus est qui vi-  
 uificat: non Paulum magistro astruētem,  
 Litera occidit, spiritus est qui vivificat: &  
 Scimus quoniam lex spiritualis est, non car-  
 nalis. & Spiritualibus spiritualia compa-  
 randa. Olim in monte, nunc in spiritu vult  
 adorari pater spirituum, Quāquam haud  
 aspernor eorum imbecillitatem, qui men-  
 tis inopia quod vnum possunt, faciunt, my-  
 sticos psalmos simplici puraq; fide pronun-  
 ciantes. Imò quemadmodum in precami-  
 nibus magicis voces quaedam ne ab ijs qui-  
 dem qui eas pronuntiant intellectus, effi-

Ioan. 4.

1. Cor. 13

d s caces

caces tamen esse creduntur: ita diuina ver-  
 ba quanquam parum cognita, tamen pro-  
 desse credendum est ijs, a quibus sincera  
 fide, puroq; affectu vel dicuntur, vel audi-  
 untur: Angelosq; qui adsunt, atque intelli-  
 guat, ad opem ferendam inuitari. Neq; ve-  
 ro Paulus contemnit eos, qui spiritu psal-  
 lunt, vel qui linguis loquuntur, sed ad se-  
 ctanda charitativa meliora hortatur. Ad  
 quæ si cui non contigit eniti vitio non ani-  
 mi, sed naturæ, certe non obstrepat ijs, qui  
 potiora conantur. Et iuxta Pauli vocem,  
 qui manducat, non manducantem non sper-  
 nat: & qui non manducat, manducantem  
 non iudicat. Te verò qui ingenio tam fe-  
 lici præditus es, omnino nolim in sterili li-  
 bera lentum esse, sed ad reconditiora my-  
 steria festinare, & improbum conatum in-  
 dustriæ, crebris precibus adiuuare, donec  
 aperiat tibi librum septem signaculis obfi-  
 gnatum, Is qui habet clauem David, qui  
 claudit, & nemo aperit, arcana patris, quæ  
 nemo nouit nisi filius, & cui voluerit filius  
 reuelare. Sed quoniam nostra delabitur o-  
 ratio? Propositum erat, vt tibi vitæ, nō stu-  
 dij formam præscriberemus: verum huc  
 deflectimus, dum tibi conamur officinam  
 idoniam demonstrare, vnde debeas re-  
 uere

de militia tua noua arma petere. Ergo  
 ut ad institutum reuertamur, si ex libris geti-  
 limum optima quæq; decerpseris, atq; api-  
 culæ exemplo, per omnes veterum horru-  
 los circumuoluitans præteritis venenis, suc-  
 cum modo salutarem ac generosum exu-  
 xeris, animum tuum ad communem quidē  
 vitam, quam ethicam vocant, reddideris nō *Ethica.*  
 paulò armatiorem. Sunt enim profecto &  
 illorum Palladi sua quædam arma, neuti-  
 quam contemnenda. Christi autem esse pu-  
 ta, quicquid vsquam veri offenderis. Vo-  
 rum diuina illa & (ut Poëtæ loquuntur)  
 Vulcania panoplia, nullo telo violabilis,  
 non nisi ex arcanarum literarū armamen-  
 tario deponitur. In quo David noster Im-  
 perator, vniuersum belli apparatus suis  
 milicibus reposuit, quibus comin<sup>o</sup> emitus-  
 q; pugnent cum præputiatis Philistæis. His  
 armis neque Achilles Homericus recte e-  
 rat, etsi fingitur, neq; Aeneas Vergilianus,  
 quorum alter ira, alter amore tam turpi-  
 ter vincebatur. Neq; absurde dictum, quod  
 ea non in humanis officinis excuduntur,  
 sed in ea quæ Vulcano est cum Minerua  
 communis. Nam Mineruam artibus atq;  
 ingenijs, Vulcanum igni præficiunt. Deo-  
 rum figuli poëtæ. Id quod ego tū demum  
 verè  
*Poëta figu-  
 li deorum.*

verè fieri existimo, cum videlicet honestis  
 artibus excultum ingenium, sic diuini a-  
 moris ignis communit, vt etiã si fractus il-  
 labatur orbis, impavidũ feriant ruina. Sed  
 antè superbi Saulis arma reijcias oportet,  
 quæ magis oneri sunt quàm viui, & cum  
 Goliath congressurum David grauant, nõ  
 iuuant. Deinde de ripa torrentis mysticæ  
 scripturæ, quinque colligas lapillos (quæ  
 sçptè quinque sunt verba Pauli, qui loquitur  
 in sensu). Postremò fundibula dextrã  
 arnes. His demum armis posternetur vit-  
 cus ille noster, hostis superbiæ pater, Sata-  
 nas. Quem & caput nostrum Christus Je-  
 sus, quomodo tandè deuicit? Non ne cum  
 tentanti diuinæ scripturæ verbis respõdet,  
 quasi peritis de torrente lapillis, frontem  
 inimici percussit? Vis autem audire Chri-  
 stianæ Palladis arma? Et accipiet. (inquit)  
 armaturam zelus illius, & armabis crea-  
 turam ad vltionem inimicorum, induet  
 pro thorace iustitiam, & accipiet pro ga-  
 lea iudicium certum. Sumet scutum inex-  
 pugnable, æquitatem: acuet autem diram  
 iram in lanceam. Legis & apud Esaiam:  
 Indusus est iustitia vt lorica, & galea salu-  
 tis in capite eius. Indutus est testamētis vlti-  
 tionis, & opertus est, quasi pallio zeli. Itã si  
 libet

Sapient. 5.

Esai. 59.

liber Pauli nō instrenui ducis adire prom- 1. Cor. 10.  
 ptuarium, nimirum inuenies & illic arma  
 nostræ militiæ, non carnalia, sed potentia  
 Deo, ad destructionem munitionum, cogi-  
 tationes destruentia, & omnem altitudinē  
 extolentem se aduersus sciētiam Dei. In-  
 uenies armaturam Dei, qua possis resiste-  
 re in die malo. Inuenies arma iustitiæ à  
 dextris & à sinistris. Inuenies laterum mu-  
 nimentum, veritatem, & lorica m iustitiæ,  
 scutum fidei, in quo possis vniuersa mali-  
 gni telæ ignea extinguere. Inuenies & ga-  
 leam salutis, & gladium spiritus, quod est  
 verbum Dei. Quibus omnibus si quis erit  
 diligenter reclusus, atque manitus, is deniq;  
 poterit animosam illam Pauli vocē intre-  
 pidus emittere: Quis ergo nos separabit à  
 charitate Christi: tribulatio, an angustia,  
 an fames, an nuditas, an periculum, an per-  
 secutio, an gladius? Vide quantos hostes,  
 quàm omnibus formidatos ipse pro nihilo  
 ducat. Sed audi quiddam etiam fortius. nā  
 sequitur: Sed in his omnibus superantius,  
 propter eū qui dilexit nos. cert<sup>o</sup> sunt enim,  
 quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, ne-  
 q; principatus, neq; virtutes, neq; instantia,  
 neq; futura, neq; fortitudo, neque altitudo,  
 neq; profundum, neq; creatura alia, pote-  
 rit

Roma. 8.

I. Cor. 4.  
Enchiridion  
quid.

rit nos separare à charitate Dei, quæ est in christo I. E. S. V. O felicem fiducia, quam præstant Paulo, id est, pusillo homini; arma lucis, qui se etiam proiectamentum huius mundi appellat. Talis igitur armaturæ vix, sacræ literæ tibi suppeditabunt, si toto pectore in eis versaberis, ita ut nostris monitis nihil sit opus futurum. Sed quoniam ita ita vis, ne tibi non morigeri fuisse videamur: enchiridion, hoc est, pugniculū modo quendam excudimus, quem nunquā de manu deponas, ne in conuiuio quidem, aut in cubiculo, ut etiam si quando cogaris in huius mundi negocijs peregrinari, iustamq; istam armaturam grauaberis circumferre, non committas tamē, ut vllō momēto infidiator ille opprimat te prorsus exarmatum, saltemq; non pigeat hunc gladiolum tecū habere, qui neq; onerosus erit gestatu, neq; inutilis ad tutelā. Est enim perpusillus, quo tamen si adhibita fidei parmula, scite vteris facile sustinebis tumultuarium hostis assaultum, ne quod letale vulnus accipias. Sed iam tempus est, ut vtendi rationē quādam experiamur tradere, quam si tu diligenter ad exercitationem accommodabis, fore cōfido, ut te victorem imperator noster Christus, ex hoc præsidio, in suam ciuitatem



unitatem Hierusalem trāsferat quantem *Transfita*  
 ubi nullus omnino belli tumultus, sed pax  
 immortalis ac perfecta tranquillitas, cū in-  
 terim omnis spes salutis in ferro sita sit.

Caput esse sapientie, ut temetipsum  
 noris, deq; duplici sapientia,  
 falsa & vera.

**P**Ax igitur summum illud est bonum,  
 ad quam omnia sua studia, mūdi quo-  
 q; amatores referunt, sed falsam, ut dictum  
 est. Eandem & philosophi suorum do-  
 gmatum sectatoribus falso pollicebantur.  
 Christus enim vnus eam donat, quam mun-  
 dus non potest dare. Ad hanc perueniendi, *Ioan. 14.*  
 vna ratio est, si cum nobis ipsis bellū gera-  
 mus, si cum vitijs nostris acriter depugne-  
 mus. Cū his enim hostibus implacabili o-  
 dio disidet Deus, pax nostra, cum natura  
 sit virtus ipsa, virtutumq; omnium parens  
 & autor. Atque ex omnium vitiorum gene-  
 re contracta colluies, à Stoicis fortissimis  
 assertoribus virtutis, stultitia vocatur, in  
 nostris literis malicia dicitur. At idem vt o-  
 mnibus suis numeris absoluta probitas, v-  
 trisque sapientia nominatur. Maliciam  
 autem non ne (iuxta sapientis oraculum)  
 vincit

vincit sapiētia? Maliciæ pater atq; princeps est, rector ille tenebrarum Belial, cuius ductum quisquis sequitur, in nocte ambulās, ad noctem properat æternam. Contra sapientiæ autor, atq; ipsa adeò sapientia Christus Iesus, qui verū est lumen, stultitiæ mundanæ noctem solus discutiens, splendor paternæ gloriæ, qui nobis in se renatis, vti factus est redēptio atq; iustificatio, teste Paulo; ita factus est & sapientia. Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christum Dei virtutem, ac Dei sapientiam: per quam ipsius exemplo, nos quoq; de hoste malicia triumphum referre queamus, si modo in eo sapuerimus, in quo & vincemus. Hanc tu contempta seculi sapientia amplectere, quæ mendacissimo titulo sese venditat stultis, cum iuxta Paulum, nulla verior sit stultitia apud Deum quàm terrena sapientia, dediscenda ei qui vere cupiat sapere. Si quis videtur (inquiens) inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut fit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Et paulò superius: Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

probabo: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquit  
 fitot? huius seculi? Non de stultam fecit  
 Deus sapientiam huius mundi? Nec dubito  
 quoniam iam nunc odiose tibi obstrepant stul-  
 tibus sapientes, & cæci cæcorum dices, de-  
 lirare te, desipere, insanire clamitantes,  
 quod ad Christum pares desciscere. Hi  
 sunt nomine duntaxat Christiani, cæte-  
 rum doctrinæ Christi tum irrisores, tum  
 oppugnatores. Vide ne quid istorum blate-  
 rimenta te permoueant, quorum miseran-  
 da cæcitas, deploranda potius quam imitan-  
 da. Quod est enim istud præposterum sa-  
 pientiæ genus, in rebus negatorijs nihilq;  
 imò ad turpitudinē tantum esse catum &  
 calidum, in his vero quæ sola ad salutem  
 nostram pertinent, non ita multò plus pe-  
 cude sapere? Paulus vult nosse sapiētes,  
 sed in bono, simplices autem in malo. Sa-  
 pientia ista ut iniqui agant, bene autem facere  
 nesciunt. Et cum facundus ille pœta Græ- *Hesiodus.*  
 cus, ad nihil vtilē hominē censeat, qui  
 neq; ipse per se sapiat, neq; bene monenti  
 obtemperet, quæ tandem in classe ponētur  
 isti, qui cū turpissime desipiant, tamen non  
 desinunt obturbare, ridere, deterrere eos,  
 qui iam respuerunt? Verū irrosor non ne-  
 videbitur? Qui habitat in cælis, vicissim  
 e irride

iridebunt eos: & dominus subsannabit eos. *Legis in libro sapientie: Videbunt enim & contempnent eum, illus autem Deus iridebit. Ab improbis rideri, penè laudari est: certe religiosum, capitis nostris & Apostolorum æmulos fieri. At horrendū profecto, a Deo irideri. Ego quoq; inquit Sapientia, in interitū vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis, aduenierit, videlicet, cum sero iam experfecti, dicent: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improberij. Nos insensati vnam illorum æstimabamus insaniam: & hæc siue honoris Animalis ista, & vt Iacobus ait, diabolica est sapientia, ac Deo inimica, cuius finis interitus, quippe quam semper affectatur pedissequa pestilens arrogantia, arrogantiam animi cæcitas, cæcitatē affectuum tyrannis, affectuum tyrannidem vniuersa vitiorū seges, & licentia, quidus peccandi, licentiam istam sequitur consuetudo consuetudinem infelicitissimus animi stupor, quo fit, vt & mali sensu careant: stupentes mors occupat corporis, quæ mors excipit secunda. Vides vt summi mali mater est, mūdi sapientia. De Christi vero sapientia, quam mundus stultitiam putat, ita legis.*

Vene

Venerūt autem mihi pariter omnia bona,  
 cum illa, & innumerabilis honestas per ma-  
 nus illius, & lætatus sum in omnibus, quo-  
 niā antecedebat me ista sapientia, & igno-  
 rabam quoniam bonorum omnium mā-  
 ter est. Hæc enim modestiam & mansuetu-  
 dinem comitem ducit. Mansuetudo nos di-  
 uini spiritus reddit capaces. Super humi-  
 lem enim & mansuetum gaudet requiesce-  
 re, qui simul atq; septeno illo chrismate  
 mentem nostram imbuerit, cum demum  
 pullulascit felix illa seges virtutū omniū,  
 cum fructibus illis beatis, quorum præci-  
 pius, gaudium internum, gaudium arca-  
 num, gaudium solis ijs cognitū, quibus con-  
 tigit, quod deniq; cum mundi gaudijs nec  
 euanescit, nec auferitur, sed cumulatur in  
 gaudium æternum. Eam mi frater, & iuxta  
 Jacobi monita, ardentissimis votis oportet  
 à Deo postulare, & iuxta Sapientē quer-  
 dam, è Divinæ scripturæ venis, veluti the-  
 sauros effodere. Caput autem huius sapien-  
 tiæ esse putat, vt temetipsum noſis, quod  
 verbi è celo profectū credidit antiquitas,  
 & magis autoribus, que ad eò placuit, vt in  
 eo omnem sapientiæ vim summam con-  
 tineri iudicauerint. Sed leve pondus hu-  
 ius dogmatis apud nos sit, nisi congruit

Esa. 11.

Dona spi-  
ritus.

Proverb.

2.

c 2 cum

cum literis nostris. Minatur sponsæ suæ  
 mysticus ille amator in Canticis, ac foras  
 abire iubet, nisi semet cognorit, Si ignoras  
 te ò pulchra inter mulieres, egredere, &  
 abi post vestigia gregum tuorū. Proinde  
 ne quiuis sibi temere rem tãtam arroget,  
 vt ipsi sibi satis sit cognitus. Corpus suum  
 haud scio an quisquam ad plenum norit, &  
 mentis habitū cognoscet quilibet. Paulus  
 cui contigerat vel tertij cœli mysteria di-  
 scere, semetipsum tamen nō audet iudica-  
 re, ausurus vtq; si sibi sat esset notus. Si ho-  
 mo tã spiritalis, qui omnia dijudicat, iudicā-  
 dus à nemine; sibi adhuc parum perspicuus  
 erat, nos carnales quid confidimus? Porro  
 miles nimis inutilis videatur, cui neq; suæ  
 copiæ, neq; hostium cohortes satis habeantur  
 cognitæ. At hominī non cū homine, ve-  
 rum secum ipsi bellum est, atq; adeò ex ip-  
 sis visceribus hostilis acies nobis vltro sup-  
 pullulat, quemadmodum de terrigenis fra-  
 tribus poëtæ fabulantur. Usque adeò autē  
 tenui discrimine ab hoste distat amicus, vt  
 ingens periculum sit, ne parum cauti, vel  
 inimicum pro amico tuamur, vel amicum  
 pro hoste lædamus. Hæret etiam in ange-  
 lo lucis Dux ille egregi⁹. Noster es, inqui-  
 ens, an aduersariorū? Ergo quoniã tecum  
 ipse

Gigantes  
 è terra na-  
 ti.

Iosue 5.

ipse bellum suscepisti, & in hoc prima victoriae spes sita est, si tute tibi sis quam maxime cognitus, simulachrum quoddam tui tibi velut in tabula proponam, ut quid inus, quid in cute sis, planè pernoscas.

De homine exteriori & interiore.

**E**st igitur homo prodigiosum quoddam animal, ex duabus tribusve partibus multo diuersissimis compactum, ex anima veluti numine quodam, & corpore tantquam muta pecude. Siquidè corpore vsq; adeò reliquo brutorum generi non præstamus, ut omnibus eius dotibus inueniamur inferiores. Secundùm animam vero, adeò diuinitatis sumus capaces, ut ipsas etiã angelicas mentes liceat præteruolare, & vnũ cum Deo fieri. Si tibi corpus additum non fuisset, numè eras: si mēs ista nõ fuisset indita, pecus eras. Has duas naturas tã inter se diuersas summus ille opifex felici cõcordia colligarat, at serpens pacis inimicus, infelici rursus discordia dissecuit, ut iam neq; dirimi queant sine maximo cruciatu, neq; coniunctim viuere sine assiduo bello, planèq; (quod dici solet) vtrũq; in altero auri bus lupum tenet, possitq; mutuo cõpetere verficulus ille lepidissimus, Nec tecum possum

possum vivere, nec sine te. Ad eò perplexa  
 seditione inter se tumultuantur, veluti di-  
 uersa, quæ unum sunt. Corpus enim vò est  
 ipsum visibile, rebus visibilibus delecta-  
 tur: vt est mortale, temporalia sequitur: vt  
 est graue, deorsum sedit. Contrà anima ge-  
 neris ætherei memor, summa vi sursum  
 nititur, & cū terrestri mole luctatur, coh-  
 temnit ea quæ videntur, scit enim esse ca-  
 ducæ: quæque vere, quæ semper sunt.  
 Immortalis amat immortalia, cœlestis  
 cœlestia: Similis similibus capitur, nisi  
 penitus fuerit corporis immerfa sordibus,  
 atque à natua generositate eius contagio  
 degenerarit. Neque vero hanc discor-

*Vnde pro-  
 pensio ad-  
 vitia.* diam, vel fabulosus ille Prometheus inse-  
 uit, admixta menti nostræ de quoque ani-  
 mante particula: neque primitiua conditio  
 indidit, sed peccatum quod bene condi-  
 tum erat, male deprauauit, inter bene con-  
 cordes dissensionis virus serens. Antea  
 enim & meas corpori sine negotio impe-  
 rabat, & corpus animo lubeus volensque  
 parebat, nunc contrà perturbato rerum  
 ordine, affectus corporis rationi præire  
 certant, cogiturque illa in corporis sen-  
 tentiam pedibus discedere. Quare, nò ab-  
 surde pectus hominis cū seditiosa quapiam  
 repub.



republica componas licebit: quam quoniam  
 ex varijs hominum generibus constat, pro-  
 pter dissensionem studiorum oportet cre-  
 bris moribus & factionibus collidi, ni pe-  
 nes vnum sit imperij summa: Isq; sit eius-  
 modi, vt nihil imperet, nisi reipublicæ salu-  
 taria. Quare necesse est, vt plus in ea va-  
 leat, qui plus sapit, pareat qui minus. Nihil  
 est autem infima plebe vecordius, eoq; ma-  
 gistratibus obtemperare debet, nullū ipsa  
 gerere magistratum. Qui vero optimates  
 sunt, aut natu maiores, addendi sunt illi  
 quidē in consultationibus, at ita si statuen-  
 di arbitrium penes vnum maneat regem,  
 quem admoneri quidem oportet nonnun-  
 quā, cogi vero aut præiri non cōuenit. Por-  
 rō rex ipse nulli pareat nisi legi, lex respon-  
 det honestatis ideæ. Quod si præposteris  
*rebus vulgus indormitum, & lex illa ciui-*  
*ratis tumultuosa,* natu maioribus præire  
 contēdit, aut si primates Regis imperium  
 negligunt, eboritur in republica nostra pe-  
 riculosa seditio, & nisi diuinā dictatura suc-  
 curatur, ad extremā perniciem res omnis  
 spectat. In hōie verò ratio regis vice fungi-  
 tur. Optimates accipias ficer, affectus quol-  
 dā corporeos quidē illos, sed tamē nō per-  
 hinc brutos, quod gen<sup>us</sup> illi: genuina pietas

Rex vni  
legi pa-  
ret.

Optima-  
tes qui.

*Plebs que*

erga parentes, charitas in fratres, benevolentia in amicos, misericordia in afflictos, metus infamiae, cupido honestae opinionis, & si qua sunt cōsimilia. Eos porro motus animorū, qui à rationis decretis quàm maxime disident, suntq; infimae ad pecorum humilitatem abiecti, plebis quasi vltimam fecem esse puta, cuiusmodi sunt libido, luxus, inuidencia, hisq; cōsimiles animi morbi, qui ad vnum, omnes veluti serui sordidi & improbi, erga stulos sunt coercendi, vt si queant, pensum operamq; domino praescriptam praester: sin minus, nihil certe darent. Quae omnia Plato diuinitus intelligens, scripsit in Timæo, filios Deorum ad sui similitudinē duplex animę genus in homine fabricatos fuisse, alterum diuinum & immortale, alterū quasi mortale & varijs perturbationibus obnoxium: quarū prima sit voluptas, esca malorum (vō ait), proxima dolor, fuga, impedimentūq; bonorum; deinde metus atq; audacia, consultores at mentes: quibus accedit & implacabilis iracūdia: Præterea spes blanda, cū irrationabili sensu, amoreq; omniū inuasore. Hæc enim ferme verba Platonis: Nec ignorauit in huiusmodi perturbationibus coercendis, vitæ beatitudinē consistere. Scribis enim.

*Quatuor  
affectus  
animi.*

enim eodem in opere, eos qui ista superas-  
 sent, iuste victuros; iniuste autē, qui ab his  
 victi fuissent. Et diuinæ quidē animæ, hoc  
 est rationi, tanquā regi in cerebro, velut in  
 arce ciuitatis nostræ sedē statuit, corporis  
 videlicet parte editissima, cœloq; proxi-  
 ma, tum minime bruta, quippe quæ, & osse  
 fit pertenui, neq; nervis neq; carne onera-  
 ta, sed sensibus intus forisq; longe munici-  
 fima, vt illis quasi renuntiantibus, nihil su-  
 multus in republica coarctetur, quod non  
 protin<sup>9</sup> ille per sentiret. At mortalis ani-  
 mę partes, hoc est affectus, vñ quæq; ratio-  
 ni vel morigera est, vel obstrepera, ita ab  
 ea semouit. Nam inter ceruicē, & diaphra-  
 gma, partē animæ constituit, fortitudinis  
 atq; iræ participē, affectum videlicet sedi-  
 tiosum quidē illum & cobibendum, at non  
 perinde brutum, eoq; mediocri interuallo  
 a summis imisq; semouit, ne vel nimia vici-  
 nitate regis oculi perturbet, vel infimæ ple-  
 bis contagio corrupta simul in eum coniu-  
 ret. Vñ porro concupiscibilem quæ escu-  
 lenta & poculenta appetit, quæq; in vene-  
 rem impellimur, porro infra præcordia  
 procul à regia, in iecur & alium relega-  
 uit, vt quasi ferum quoddā & indomitum  
 animal, illic ad præsepe habitaret, pro-

*Vis irasci-  
 bilis.*

*Vis concu-  
 piscibilis.*

præterea quod ex violentissimis excitare mo-  
 tus consuevit; nihil nec præsidis imperijs  
 audiens esse. Huius infima pars, quam pe-  
 cunia fit, quamq; rebellis, vel illa pudenda  
 corporis portio, in qua potissimū tyranni-  
 de obrinet, documēto potest esse; quæ mē-  
 bris ex omnibus vna; frustra reclamante  
 rege, obstænis motibus subinde rebelli-  
 onem parat. Vides nimirum ut hæc superne  
 diuinit animal homo; planè in peccatū de-  
 sinat. At consultor ille diuinit, sublimi in  
 larce præsidens, memor originis suæ, nihil  
 fordidum, nihil humile cogitat. Sæptro au-  
 tem insignis eburno, præterea quod nihil  
 non rectū imperet; in cuius fastigio aquila  
 insidere scripsit Homerus; quod ad  
 celestia subnotans, quæ humi sunt aquila-  
 nis oculis despicit. Postremo aurea redi-  
 mitus corona. Auream enim in mythis li-  
 teris sapientiam sepe significat, circulus au-  
 tem perfectam, & omnibus nametis abso-  
 lutam. Hæc sunt enim propria regum de-  
 ves. Primum, ut quam plurimum sapiant;  
 ne quid peccent per errorem; tum uti quæ  
 recta sunt, ea modo velint, ne quid conera  
 animi iudicium perperam corrupteq; faci-  
 ciant quarum altera qui careat; tum non  
 regum, sed latronum existimatio.

*Ratiō tan-  
 quam rex*

*Sæptro  
 eorū aq̄i-  
 la addita*

De

## De uarietate affectuum.

**N**oster autem rex propter aeternam  
 legem, sibi diuinitus insculptam, op-  
 rimi quidem potest, corrumpi non potest,  
 quin reclamet, quin reuocet. Cui si reliqua  
 plebs parebit, nihil ille unquam neque poe-  
 nitendum, neque perniciosum committet,  
 sed summa moderatione, summaque tran-  
 quillitate geretur uniuersa. At de affecti-  
 bus quidem Stoici Peripateticique non nihil  
 diuersa sentiunt, quanquam illud conuen-  
 nit inter omnes, ratione uiendum, non affe-  
 ctu. Sed illis placet, ubi affectibus, qui a sen-  
 sibus proxime excitantur, tanquam pedago-  
 gis usus ad iudicium, verumque discrimen  
 expetendorum & fugiendorum perueneris,  
 tum eos prorsus esse relinquendos: iam  
 enim non solum utiles non esse ad sapient-  
 iam, verum etiam perniciosos. Atque ob id  
 perfectum illum sapientem suum omnibus  
 eiusmodi moribus, tanquam morbis animi,  
 vacare uolunt, vixque humaniores quidam  
 primos illos impetus, ratione preuertentes,  
 sapienti concedunt, quas illi phantasias ap-  
 pellant. At Peripatetici non extirpandos  
 affectus, sed coercendos docent: esse e-  
 nim nonnullum eorum usum, propterea  
 quod hos a natura additos opinantur, uti  
 quaedam

*Ratio semper recla-  
 mans.*

quædam ad virtutem incitabulâ, atq; exhortamenta, sicuti fortitudinis iram, industriæ inuidiâ, & item de reliquis. Socrâtes autē in Phedone Platonis, cum nihil aliud putat esse Philosophiâ, quàm mortis meditationem, hoc est, vt animus quantum potest abducat sese à rebus corporeis, & sensibilibus, transferatq; ad ea, quæ ratione, nō sensibus percipiuntur, cum Stoicis nimirum sentire videtur. Oportet, igitur primum omnes animi cognitos habere motus, deinde scire nullos esse tam violentos, quin à ratione vel compesci, vel ad virtutē deflecti queant. Audio enim vulgo hâc pestiferam opinionem, vt se dicât ad vitia cogi. Alij contra imperiti sui motus huiusmodi pro rationis dictamine sequuntur, atq; adeo quod suaserit ira aut inuidia, id zelum Dei vocant. Atque vt est alia Resp. alia factiosior, ita alius alio ad virtutē propensior. Quæ differentia, non ex animorum discrimine, sed vel ex influxu cœlestium corporum, vel progenitoribus, vel ex educatione, vel ex ipso corporis habitu pficiscitur. Non anilis est illa Socrâtes fabula, de aurigis & eqs bonis ac malis. Videas enim nō nullos ita moderato ingenio natos, ita tractabiles ac faciles, vt sine vlllo negotio ad virtutem

virtutem instituat, ac sine calcariibus vltro præcurrant. Alijs contra corpus rebelle, tanquã equum indomitum & calcitrosum contigisse, vt multum sudas domitor ille, vix tamen asperrimo freno, vix fuste, calcariibusq; subigat ferocietem. Qualis si tibi forte obtigit, ne protinus abijcias animũ, imò tãtò acrius enitere, sic existimãs, non tibi interclusam ad virtutem viam, sed vberiore[m] virtutis materiam oblatã esse. Quod si bonã mentem nactus es, non hoc protinus alio melior es, sed felicior. At rursum ita felicior, vt obligator. Quanquam quis est ingenio vsque ad eò felici, vt nõ abinde multa sint, i quibus luctari oporteat. Ergo quã maxime turbari sentiet, hãc q̃ maxime aduigilet rex oportet. Sunt vitia quaedam penè gentilia, quemadmodũ gentibus nonnullis perfidiam aiunt esse. familiarẽ, alijs luxum, alijs libidinẽ. Quaedam corporis habitum comitãtur, sicut sanguineos mulierofitas, & voluptatũ amor; Cholericum ira, ferocitas, maledicentia: Phlegmaticum inertia, somnolentia; Melancholicum, inuidia, tristitia, amaritudo. Nonnulla cum ætate, aut remittuntur, aut inualescunt, quẽadmodum libido in iuuetã, item pusio, temeritas: In senectã tenacitas, morositas,

*Rebellio  
nature  
nominis  
imputanda.*

rositas, auaritia. Sunt & quæ sexui videantur adnata, ut in viro ferocitas, in muliere vanitas, & vindictæ cupido. Fit interim ut natura veluti paria facies, morbum animi dote quapiam diuersa compenset. Est hæc quidem propensior ad voluptatem, sed ne utiquâ iracundus, ne utiquâ inuidus. Est alius incorrupta pudicitia, sed elatior, sed iracundior, sed attentior ad rem. Neque desunt qui prodigiosis quibusdam ac fatalibus vitijs sollicitentur, furto, sacrilegio, homicidio, quibus quidem omniconatu obuiam est eundem, contraque eorum insultum, certi propositi murus quidam ahenus obijciendus. E' diuerso sunt nonnulli affectus, in vicini virtutibus, ut periculum sit, ne ambiguo discrimine fallamur. Erunt hi corrigendi, & ad proximam virtutem commode deflectendi. Est exempli gratia quisquam exta defectior, imjciat animo. frænū, & erit alacrior, erit erectus, minimeque languidus, erit liber ac simplex. Est alius paulo tenacior, adhibeat rationē, & fuerit frugalis. Qui blandior est, fiet comis & commodus. Qui præfractus, constans. Qui tristior, feuerus. Qui ineptior, norigerus: atque ad eundem modum de reliquis animi leuioribus morbis. Hoc modo cauendum,

ne



et naturæ vitium virtutis nomine palli-  
 mus, invidiam gravitatem, asperitatem se-  
 veritatem, invidiam zelum, sordes frugali-  
 tatē, assentationē comitatē, scurrilitatem  
 urbanitatem appellantes. Hęc igitur est vi-  
 nica ad beatitudinem via: Primum, vt te no-  
 ris. Deinde, vt ne quid pro affectibus, sed  
 omnia pro iudicio rationis agas. Sana sit  
 autem & sapiat ratio, hoc est, tantum honesta  
 spectet. At difficile est, (inquit) quod  
 præcipis. Quis negat? Atqui, verum est il-  
 lud apud Platonem adagium: quæ pulchra  
 sunt, eadē esse difficilia. Nihil fortius, quàm  
 vt quis seipsum vincat, sed nullum maius  
 præmium, quàm beatitudo. Præclare illud  
 Hieronymus, vt cætera omnia: Nihil, Chri-  
 stiano felicius, cui promittitur regnum  
 cælorum. Nihil laboriosius, qui quotidie  
 de vita periclitatur. Nihil fortius, qui vin-  
 cit diabolum. Nihil imbecillius, qui à car-  
 ne superatur. Si tuas perpendere videris, ni-  
 hil difficilius, quàm carnem subire spiritui,  
 si Deum auxiliatorem, respexeris, nihil fa-  
 cilius. Tu modo ingenti animo, perfectæ  
 vitæ proposita contipe, conceptum vir-  
 ge. Nihil unquam vehementer imperavit  
 sibi humanus animus, quod non effece-  
 rit. Magna pars Christiani est, toto Velle fieri  
 pectore Christiana

*sum pars est Christianismi.* pectore velle fieri Christianum. Quod a-  
ditu videbitur inexpugnabile, id fiet succes-  
su mollius, vsu facile, cōsuetudine demum  
etiam iacundum. Scitum est illud Hesio-  
dium: Arduam initio esse virtutis viam: ve-  
rum ubi ad tacumen erepseris, tutissimum  
otium te manet. Nullum animal tam fe-  
rum, quod non mansuescat humana cura,  
& animi domitoris omnium nulla erit do-  
māda ratio? Ut corpore valeas, potes in an-  
nos aliquot imperare tibi, ut absterius sis,  
ut a Venere temperes, quæ præscriptu ho-  
mo medicus: & ut omnem vitam tranquit-  
lo trāsigas, non potes vel menses pauculos  
imperare affectibus, quod conditor præci-  
pit Deus? Ut corpus morbo subducas, oīa  
facis: Ut corpus & animam ab æterna mor-  
te subtrahas, non illa facis, quæ fecerunt &  
Ethnici?

*De homine interiore & exteriori, &  
de duabus partibus hominis,  
ex literis sacris.*

**P**udet me profectō Christianorum no-  
mine, quorum maxima pars veluti mu-  
ta pecora seruit affectibus suis, adeoq; in  
hac dimicatione non sunt exercitatā, ut ne-  
norint



caueritis, viuetis. Noua profecto rerū commutatio, vt in bello pax quærat, in pace bellum, in morte vita, in vita mors, in seruitute libertas, in libertate seruitus. Scribit enim alibi Paulus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Libertatem audi: Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege, & Non iterū concepimus spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei. Idem alibi: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Legis apud eundem de exteriori homine qui corrumpitur, & interiore qui renouatur de die in diem. Plato duas vno in homine animas constituit. Paulus eodem in homine duos homines facit ad eò conglutinatos, vt neuter sine altero, neq; in gloria, neque in gehena sit futurus: ad eò rursum disiunctos, vt vnius mors, vita sit alterius. Eòdem opinor pertinent, quæ scribit Corinthijs: Factus est primus homo in animam viuentem, nouissimus Ada in animam viuificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cælo cælestis. Atque vt euidentius esset,

*Duplex  
bomo.*

esset, ista nō solum ad Christum & Adam, sed ad nos omnes pertinere, subiicit: Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis celestis, tales & coelestes. Igitur si portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam possidebit. Vides liquere, quod alibi carnem, & exteriorem, qui corrumpitur, hominem dixit, hic terrenum Adam nominasse. Hoc ipsum nimirum est, & corpus illud mortis, quo grauatus exclamabat Paulus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Porro fructum longe diuersissimum carnis & spiritus asperiens, alibi scribit: Qui semināt, inquit, in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem semināt in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Hoc igitur illud est vetus dissidium geminorum Iacob & Esau, qui & antequam in lucem ederentur, iam intra materis ventris claustra luctabantur. At Esau quidem præoccupauit exortum, sed Iacob præcipuit benedictionem. Prius enim carnale, sed quod spiritale potius est. Alter erat rufus & pilis oblitus, alter lenis. Alter inquietus & venator,

*Fructus  
carnis &  
spiritus dif-  
ferunt.*

*Iacob &  
Esau, sunt  
figura spiri-  
tus &  
carnis.*

F 2 alter

altet domestico gaudens otio. Et ille quidem famelicus, ius vendidit primogenitorum, dum vili voluptatis autoramento illectus, à natia libertate excidit in seruitutem peccatorum: hic quod iure non debebatur, arte gratiæ sibi vendicat. Inter hos fratres, quanquam vterinos, quanquam gemellos, nunquam perfecta coit concordia. Odis enim Esau Jacob: Jacob contrà, etsi non respondet odio mutuo, fugit tamē suspectumq; semper habet Esau, neque sese illi credit. Tibi quoque quicquid suaserit affectus, suspectum sit propter dubiam auctoris fidem. Jacob solus vidit dominum. Esau vt sanguinarius, gladio viuit. Postremò dominus à matre consultus respondit Maior seruiet minori. Pater verò adiecit, Fratri tuo seruiet, tempusq; venit, cum excutias & soluas iugum eius de cervicibus tuis. Dominus de pijs vaticinatur, pater de reprobis. Ille quid ab omnib<sup>9</sup> oporteat fieri, cōmonstrat: hic quid pleriq; facturi sint, prædicat. Paulus vult mulierem subditam esse viro suo. Melior enim est iniquitas viri, quàm mulier benefaciēs. Eva nostra carnalis est affectus, cuius oculos callidus ille coluber quotidie sollicitat, ea corrupta pergit & virum ad communionē mali sollicitare.

*Mulier affectus.*

tare. Sed quid legis de muliere noua: id est, ea quæ viro suo morigera est? Inimicitias ponam inter te (nempe serpentem & mulierem) & semen tuum, & semen illius, Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. Deiectus est coluber in pectus, imperium eius fregit mors Christi: tantum calcaneo insidiatur clancularius. Cæterum gratia fidei, tanquã in viraginẽ versã mulier, venenatũ caput animosa cõterit. Aucta est gratia, imminuta carnis tyrannis. Sara imminuta, autore Deo, creuit Abraam, iamque illa non maritum, sed dominum vocat. Neq; prius tamen illa partum meretur, quã illi desissent muliebria. Quid verò tandem peperit domino suo Abraz, iam anus, iam effecta? Nempe Isaac, hoc est gaudium. Simul atq; in homine consenuerunt affectus, tum demum exoritur felix illa tranquillitas innocentis animi, & mētis securitas quasi iuge conuiuium. Et vt pater ipse nõ indulgit vxori, ita in liberis suspectã habet collusionẽ, Isaac cum Hismaële. In ea ætate nõ vult conuenire filio ancillæ, cum filio liberæ. Dum adhuc seruet adulescentia, prociã ab oculis ablegetur Hismaël, ne sub blandimēti specie puerũ adhuc Isaac, ad suos mores

pelliceat. Iam senuerat Abrazam, iam ante  
 erat Sara, iam ediderat Isaac, adhuc diffidit,  
 nisi vxoris consilium diuinum oraculū cō-  
 probasset. Non est securus de muliere, do-  
 nec audiat Dominum, Omnia quæ dixerit  
 tibi Sara, audi vocem eius. O felicem senē  
 etiam eorum, in quibus sic p̄morsus est  
 ille terrenus homo, vt nullum negotiū ex-  
 hibear spiritui: qui consensus an per omnia  
 perfectus homini cōtingat ī hac vita, haud  
 equidem affirmauerim: fortasse ne expe-  
 diat quidem. Nam & Paulo datus est sti-  
 mulus carnis, angelus Satanæ, qui illum co-  
 laphizaret, ac iam tertium Dominum ro-  
 gans, vt à se tolleretur, hoc tantū audi-  
 uit, Paule sufficit tibi gratia mea, nā virtus  
 in infirmitate perficitur. Nouam profecto  
 remedij geras. Paulus, ne superbiat, retar-  
 tur à superbia: vt solidus sit in Christo, in se  
 cogitur esse infirmus. Portabat enim the-  
 saurum relevationum celestium in vase fi-  
 ctili, vt sublimitas esse virtutis Dei, & non  
 ex ipso. Quod vnum exemplum apostoli,  
 multorum pariter nos admonet: Primum  
 cum à vitijs sollicitamur, mox iteratis pre-  
 cibus implorandum esse auxilium dāmentis.  
 Deinde t̄tationes viris perfectis idē  
 dum non solum periculosas non esse, ve-  
 rumetiam

*Stimulus  
 carnis pro  
 dest.*

*Tentatus  
 eret.*



rumetiam ad custodiam virtutis necessa-  
 rias. Postremo reliquis omnibus perdomi-  
 tis, solum inanis gloriæ vitium, in medijs  
 etiã virtutibus insidiari, & hanc esse velit  
 Hydram illam Herculanam, monstrum  
 viuar, & suis vulneribus fecundum, quod  
 omnibus exantlaris laboribus, supremo fi-  
 ne vir demum queat confici. Verum La-  
 bor omnia vincit. Improbis Interim dum  
 vehementibus perturbationibus æstuat ani-  
 mus, tu modis omnibus preme, vrge, in-  
 mine, ac Proteum istum tuum vinculis strin-  
 ge tenacibus, dum Oia transformat sese in m-  
 racula rerum, Ignemq; horribileq; feram, flu-  
 viumq; liquentem, donec in nativam specie re-  
 deat. Quid autem tam Proteus, quam affe-  
 ctus & cupiditates stultorum, quæ cum eos  
 nunc in bellinam libidinem, nunc in iram  
 feram, nunc in venenatam invidiam, nunc  
 in alia atq; alia vitiorum portentatrabunt.  
 Non ne pulchre quadrat, quod eruditissi-  
 mus poeta dixit: Tum variaz illudent spe-  
 cies, atq; ora ferarum: Fiet enim subito su-  
 horridus, atraq; tigris, Squamosusq; dra-  
 co, & fulva ceruice leona: Aut acre flamma  
 fonitum dabit. Hic vero memento quod sequi-  
 tur: Sed quanto ille magis formas se vertet  
 in omnes: Tanto nato magis contemere te-

nacia vincula. Imò ne rursus ad fabulas re-  
 uoluamus poetarum, exemplo sancti Pa-  
 triarchæ Iacob luctamen nocturnum cō-  
 stanter vrge, donec illucescat aurora opis  
 diuinæ: dicit oq; Non dimittam te, nisi be-  
 nedixeris mihi. Quod autem virtutis suæ  
 præmiū, tulerit fortissimus ille palestri-  
 tes, operæ pretiū est audire: Primū benedi-  
 xit ei in eodem loco. Semper enim post su-  
 peratam tentationem præcipuū quoddam  
 auctarium diuinæ gratiæ adijcitur homi-  
 ni, qua sit ad futurum hostis assultum, mul-  
 to quàm fuerat munitior. Deinde tacto fe-  
 more emarcuit neruus victoris, & cœpit  
 altero claudicare pede. Execratur per os  
 prophete Deus, eos qui utroq; claudicant  
 pede, id est, qui simul & in carne esse, &  
 Deo volunt placere, & dum utrumq; male  
 conantur, in utroq; claudicant. Felices autē  
 illi, in quibus sic affectus carnis emortuus  
 est, contingente Deo, ut dextro pedi po-  
 tissimū, hoc est, spiritui innitantur. Postre-  
 mō nomen illi cōmutatum: ex Iacob enim  
 fit Israël, ex luctatore quietus. Vbi castiga-  
 sis carnē tuā, & eā crucifixeris cū vitijs &  
 concupiscentijs, iam nullo obstrepere, cō-  
 tinget tibi tranquillitas & otium, ut vaces  
 & videas Dominum, ut gustes & videas,  
 quoniam

*Premium  
victoriae.*

quoniã suavis est dominus. Hoc enim sonat  
 Israël. Videtur autem non in igni, non in  
 turbine ac tumultu tentationum: verum  
 tempestatem diaboli, si modo perseuera-  
 ris, consequitur sibilus auræ tenuis conso-  
 lationis spiritualis. Ea simulatque leniter  
 aspirauerit, tum intende acriter internos  
 oculos, & eris Israël, diuesq; cum podern:  
 Vidi dominũ, & salua facta est anima mea.  
 Videbis eũ qui dixit: Nõ videbit me omnis  
 caro. Excute te ipsum: Si caro es, nõ vide-  
 bis dominũ: si nõ videris, nõ saluabitur ani-  
 ma tua. Cura igitur vt sis spiritus.

*De tribus hominis partibus spiritu,  
 anima, & carne.*

**E**RANT hæc vel nimio plus satis, verum  
 vt fias tibi paulò etiã perspectior atq;  
 exculsior, libet & Origenicã hominis se-  
 ctionẽ breuiter referre. Is enim Paulũ se-  
 cutus tres partes facit, spiritũ, animã &  
 carnẽ, quas omnes cõiunxit Apostolus seri-  
 bẽs Thessalonicẽsibus, vt integer, inquit,  
 corpus vestrum, & anima, & spiritus, in die  
 domini nostri Iesu Christi seruetur. Esaias  
 autem omiſsa parte infima, duarum me-  
 minit: Anima, inquit, mea desiderabit te  
 in nocte, sed & spiritu meo in precordijs  
 f s meis,

*Origines  
 libro pri-  
 mo super  
 episto. ad  
 Roma.*

meis, de mane vigilabo ad te. Daniël item:  
 Laudate, inquit, spiritus & animæ iustorū  
 Dominum. Quibus ex locis non absurde  
 colligit triplicem hominis portionē: Cor-

*Caro.*

pus siue carnem, infimam nostrī partem,  
 cui per genitalem culpam legem inscri-

*Spiritus.*

psit peccati: sēpens ille veterator, quaque  
 ad turpia prouocamur, ac victi diabolo cō  
 nectimur: Spiritū verò qua diuinæ naturæ  
 similitudinem exprimus, in qua cōditōr  
 optimus, de suæ mentis archetypo, æternā  
 illam honesti legem insculpsit digito, hoc  
 est, spiritu suo. Hac Deo conglutinamur,  
 vnumque cum eo reddimur. Porrò tertiā,

*ANIMA.*

& inter istam mediam, animam constituit,  
 quæ sensum ac motuū naturalium sit ca-  
 paz. Ea velut in factiosa republica nō pō-  
 test non alterutri partium accedere. Hinc  
 atq; hinc sollicitatur, liberum habet verò  
 velit inclināre. Si carni renunciāns ad spi-  
 ritus partes sese traduxerit, fiet & ipsa spi-  
 ritualis. Sin ad carnis cupiditates semet abie-  
 cerit, degenerabit & ipsa in corpus. Hoc  
 enim est quod sensit Paulus, scribens Co-

*Caro me-  
 retrix est  
 animā se  
 ducens.*

rinthijs: An nescitis, quoniam qui adheret  
 meretrici, vnum corpus efficitur? Qui au-  
 tem adheret Domino, vnus spiritus est.  
 Meretricem lubricam hominis partē ap-  
 pellat.

pellat. Hæc est illa illex & blanda mulier,  
 de qua legis Prouerbiorum capite secun-  
 do: Ut eruaris à muliere aliena, & ab extra-  
 nea, quæ mollit sermones suos, & relin-  
 quit ducem pubertatis suæ, & pacta dei sui  
 oblita est. Inclinata est enim ad mortē do-  
 mus eius, & ad inferos semitæ ipsi. Omnes  
 qui ingredientur ad eam, nō reuertentur,  
 nec apprehendent semitas vitæ. Et capite  
 sexto: Vt custodiam te à muliere mala, &  
 à blanda lingua extraneæ, Nō concupiscat  
 pulchritudinem eius: cor tuum, ne capia-  
 is nutibus illius, Precium enim scorti, vix  
 vnius est panis: mulier autem viri precio-  
 sam animam rapit. Non ne eum de scorto,  
 corde, & anima meminit, nominatim tres  
 hominis partes expressit. Rursum capite  
 nono: Mulier stulta & clamosa, plenaque  
 illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in  
 foribus domus suæ super sellam in excelso  
 vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam,  
 & gentes in itinere suo. Quis est paruulus  
 declinet ad me. Et vtecordi locuta est: Aquæ  
 furtiua dulciores sunt, & panis abscondi-  
 tus suauior, & ignorauit quod ibi sint giga-  
 ntes. & in profundis inferni coniugæ eius.  
 Qui enim applicabitur illi, descendet ad  
 inferos. Nam qui abcesserit ab ea, salua-  
 bitur.

bitur. Quis te, quibus coloribus magis graphice depingi, fucari ve poterant, vel venenatae carnis illecebrae, ad turpitudinem sollicitantis animam, vel improbitas spiritui reclamantis, vel exitus infelix superantis? Ergo spiritus deos nos reddit, caro peccata. Anima constituit homines: spiritus pius, caro impios, anima neutros. Spiritus querit coelestia, caro dulcia, anima necessaria. Spiritus euehit in coelum. Caro deprimic ad inferos. Anima nihil imputatur. Quicquid carnale, turpe est. Quicquid spirituale, perfectum. Quicquid animale, medium & indifferens. Vis ne pinguiore, quod aiunt, Minerua, tanquam digito tibi demonstrari partium istarum discrimen? Equidem experiar, Vereris parentes, amas fratres, amas liberos, diligis amicum. Non tam virtutis est ista facere, quam sceleratum non facere. Cur enim non facias Christianus, quod naturae instinctu faciunt & gentes, imò quod faciunt & pecora? Quod naturae est, non imputatur ad meritum. Sed incidisti in eum locum, ut aut patris contemnenda pietas, vincenda charitas liberorum, benevolentia negligenda amici, aut offendendus Deus. Quid facis? In biuio stat anima. Sollicitat hinc caro, illinc spiritus. Dicis spiritus:

*Amor parentum naturalis.*

spiritus: Potior est parente Deus: Illi corpus modò debes, huic omnia. Suggesterit caro: Nisi pares, exheredat te pater, vulgò diceris impius. Consule rei, consule famæ. Deus aut nò videt, aut conuiuet, aut certè facile placabitur. Iam hæret, iam nutat anima. Vtrocumq; se flexerit, hoc erit, quod est id, cui accesserit. Si contempto spiritu, meretricè carnem audierit, vnum corpus est, Sin sprete carne ad spiritum erigatur, transfiguratur in spiritum. Ad hunc modù consuesce temetipsum solerter excutere. Ingens enim hominum error, qui non raro absolutam pietatè putant, quod est natura. Imponunt incautis affectus quidam, in speciem honestiores, & quasi virtutum laruis personati. Sæuit iudex in fontem, seuerus & incorruptus sibi videtur. Vis & hùc discuti? Si animo indulget suo, seruitq; rigori cuidam genuino, nullo animi dolore, nonnulla fortassis cum voluptate, nihil tamen à iudicis officio diuaricans, ne sibi protinus placeat, medium est quod facit. Quod si lege, vel ad odium priuatum; vel ad cupiditatem abutitur, iam carnale est quod gerit, & homicidium committit: si ingentem animo percipit dolorè, quod eù cogitur perdere, quem mallet emendatum.

tum & incolumem, & pœnam cōmeritam irrogat, eo pectoris sensu, quo pater filium charissimum fecari vtiq; iubet, ita demum spirituale erit quod agit. Plerique propensione naturæ, atq; ingenij proprietate, rebus nonnullis vel gaudent, vel abhorrent. Sunt quos nihil trahit Venerea voluptas. Ne protinus sibi ad virtutem arrogent, quod est indifferens. Non carere libidine, sed vincere libidinē, virtutis est. Alius gaudet ieiunare, gaudet adesse sacris, gaudet frequens esse in tēplis, gaudet quāplurimū psalmorum dicere, sed in spiritu. Exige ad hęc regulā quod facit. Si ad famā, si ad eminentium spectat, carnem sapit, non spiritum. Si tantum ingenio indulget suo, facit enim quod animo libet, nō habet quod sibi magnoperē placeat, imō quod timeat habet. En tibi periculum. Oras, & nō orantem iudicas. Ieiunas, & fratrem manducantem condemnas. Quisquis non facit, quod tu, eo te meliorem iudicas? Vide ne ad carnem pertineat ieiunium tuum. Eget frater ope tua, tu interim p̄culis tuis Deo obmurmuras, fratris egestatem dissimulās: auerfabitur istas preces Deus. Quomodo enim te orantē audiet Deus, cū tu nō audias homo hominē? Accipe & illud, Amas vxorē, hoc

*Regula  
vera pietatis.*

*Amor vxoris castus.*



hoc tantum nomine quod vxor est. Nihil magni facis. Nam istud quidem est tibi cum Ethnicis commune. At amas, non ob aliud, nisi quia tibi voluptati est. Ad carnem tendit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimum, quod in ea perspexeris imaginem Christi, puram pietatem, modestiam, sobrietatem, pudicitiam, iamque non illam in ipsa, sed in Christo, imò in ea Christum amas, ita demum spiritualiter amas. Verum his de rebus plura, sed suo loco.

*Regule quaedam generales veri  
Christianismi.*

**N**unc quoniam ad id quod propositum est, utcumque viam aperuisse, & quasi sylvam quandam comparasse videmur, ad reliqua properandum, ne non Enchiridion, sed ingens fiat volumen. Conabimur autem breuiter regulas quasdam quasi nexus quosdam palæstricos tradere, quarum ductu, tanquam filij Dædalei, facile queas è mundi huius erroribus, velut è labyrintho quodam inextricabili emergere, atque ad puram lucem vitæ spiritualis pertingere. Nulli disciplinæ sui canones desunt, & sola beate viuendi ratio nullis præceptis adiuuabitur? Est autem omnino

omnino virtutis ars quædam disciplina, in qua qui se gnauiter exercent, ijs denique aspirat ille sanctorum conatuū provector spiritus. Qui verò dicunt, Recede à nobis, scientiã viarũ tuarũ nolumus, hos reijciet misericordia diuina, propterea quòd ipsi reiecerunt scientiam. Sumentur autem hi canones partim à persona Dei, diaboli, & nostra: partim à rebus, id est, virtutibus ac vitijs, & quæ sunt his coniuncta: partim à materia virtutum & vitiorum. Conducunt potissimum aduersus tria mala, reliquias culpæ genitalis. Nam & si labem absterfit baptismus, tamen hæret adhuc quiddã veteris morbi, relictum in nobis, tum ad custodiã humilitatis, tum materiam segeti equæ virtutis. Ea sunt cæcitas, caro & infirmitas. Cæcitas ignorantie nebula, rationis obscurat iudicium. Lumẽ enim illud purissimũ diuini vultus, quod cõditor infuderat super nos, cum nonnihil obfuscauit culpa primorum parentum, tum corrupta educatio, improbus cõuietus, peruersi affectus vitiorũ tenebrę, consuetudo peccandi, tanta obduxit rubigine, vt diuinitus insculptæ legis vix vestigia quædam appareant. Ergo (vt coeperam) cæcitas facit, vt in delectu rerum strẽ cæcutiamus, pro optimis pessima.

*Reliquia  
peccati ori-  
ginalis.*

*Cæcitas.*

ſima ſequētes, potiora minus vtilibus poſt-  
 habentes. Caro ſolicitat affectū, vt etiā ſi *Caro.*  
 quid ſit optimū intelligamus, diuerſa tamē *Infirmi-*  
 amemus. Infirmiſtas facit, vt virtutē ſemel *tas.*  
 arreptam, vel tædio, vel tēratione victi de-  
 ſeramus: cæcitas officit iudicio: caro depra-  
 uat voluntatē: infirmiſtas frangit conſtan-  
 tiā. Primum igitur eſt, vt fugienda digno-  
 ſcas ab experendis, atq; ideo tollenda cæci-  
 tas ne in rerū delectu hallucinemur. Pro-  
 ximum vt malum cognitū oderis, bonum  
 ames, & in hoc vincenda caro, ne contra  
 mentis iudiciū dulcia pro ſalutaribus ame-  
 mus. Tertium vt in bene cœptis perſeueres,  
 atq; idcirco fulciēda infirmiſtas, ne turpius  
 virtutis viam deſeramus, quā fueramus  
 non ingreſſuri. Ignorantiæ medendum, vt  
 videas quā ſit eundum. Caro domāda, ne à  
 cognita via ſeducat in deuia. Infirmiſtas anī  
 māda, ne viam arctam ingreſſus, vel vacil-  
 les, vel reſiſtas, vel deſlectas, ne ve ſemel  
 aratro manū admolitus, reſpicias, ſed exul-  
 tes vt gigas ad currendam viam, ſemper in  
 ea quæ ſunt antē temet extendens, eorum  
 quæ retro ſunt oblitus, donec apprehēdas  
 brauium, & coronam promiſſam perſeue-  
 rantibus. Ad hæc itaq; tria canones quorū-  
 dam pro noſtra virili accommodabimus.

g

Contra

*Contra malum ignorantie,  
Canon primus.*

**Q**Voniã verò fides vnica est ad Christi-  
stum ianua, primam oportebit esse  
regulam, vt de iplo atq; illius spiritu tra-  
ditis scripturis, quàm optime sentias. Cre-  
dasq; non ore tenus, non frigidè, non osci-  
tanter, non hæsitanter, quẽadmodum vul-  
gus facit Christianorum, sed toto pectore,  
penitus infixum immotumq; se deat, ne  
vnum quidem in eis iota contineri, quod  
non magnopere ad tuam salutẽ pertineat.  
Nihil quicquam te moueat, quod bonam  
hominum partem sic vides viuere, quass  
coelum & inferi, fabulæ quæpiã essent ani-  
les, terricula, aut illectamenta puerorum.  
Tu vero credens, ne festinaueris. Et si ad  
vnum vniuersus insaniat mundus, vertan-  
tur elemẽta, desciscant Angeli, non potest  
mentiri veritas, non potest non euenire,  
quod Deus euenturum esse prædixit. Si  
Deum esse credis, veracẽ credas oportet.  
Sic prorsus habeto, nihil tam verum esse,  
nihil tam certum atq; indubitatum eorum  
quæ auribus hauris, oculis coram intue-  
ris, manibus tenes, quàm quæ legis in his  
litteris, quas coeleste numẽ, hoc est, veritas  
inspira

inspiravit, San Etī Prophetæ prodiderunt,  
 tot martyrum sanguis comprobavit, qui-  
 bus tot iam seculis, piorum hominum con-  
 sensus subscripsit, quas Christus ipse in car-  
 ne, & sermone tradidit, & moribus expref-  
 sit, restantur miracula, consentur & dæ-  
 mones, adeoq; credunt, vt contremiscant:  
 deniq; quæ sic consentaneæ sunt aequitati  
 naturæ, quæ sic inter se cōstant, sic rapiunt  
 attentos, sic mouent atq; transformant. Si  
 hæc tanta argumenta in eas solas compe-  
 tunt, quæ, malum, vesania est, in fide hæsi-  
 tare? Vel ex præteritis futurorum conie-  
 cturam facito: quanta, quàm incredibilia  
 dicta de Christo prædixerant Prophetæ  
 Quid horum non euenit? Qui in illis non  
 fessellit, in alijs fallit? Postremò nō menti-  
 ti sunt Prophetæ, & mētitur Christus Pro-  
 phetarū dominus? His atq; huiusmodi cogi-  
 tationibus, si subindè flammā excitaris  
 fidei, tum ardentè rogaueris Deū, vt ad-  
 augeat tibi fidem, mirabor, si diu malus  
 esse poteris. Quis enim vsq; adeò scelestus  
 est, vt non resiliat à vitijs, si modo penitus  
 credat, momētaneis his voluptatibus, præ-  
 ter infelicem illum cōscientiæ mentis cru-  
 ciatum, æternos quoq; emicruciatum? Pijs  
 contrā, pro temporaria, ac leui vexatiun-

neula, centuplum gaudium puræ conscientie, ac vitam denique reddi immortalem

Canon secundus.

**P**rimum igitur esto, nihil hæsitare de promissis diuinis; proximum autem, ut viam salutis, non cunctanter, non timide, sed certò proposito, toto pectore, animo fidenti, atq; (ut ita dixerim) gladiatorio capessas, paratus vel rei, vel vitæ dispendium pro Christo subire. Piger vult, & non vult. Non oscitatibus contingit regnum cælorum, sed planè vim pati gaudet, & violenti rapiunt illud. Huc festinantē nō te charo-  
rū affectus retardet, non reuocēt illēcebre mundi, nō remorentur curæ domesticæ. In-  
cidēda est seculariū negociorum cathena, quandoquidē explicari non potest. Sic de-  
serenda est Aegyptus, ne quando redeas animo ad ollas carniū. Reptim ac semel tota deserenda Zodoma, non est fas respi-  
cere: respexit mulier, & versa est in simula-  
chrum saxæum. Viro nō vacat, vlla vsquam in regione morari, sed iubetur properare in montem, nisi malit perire. Clamat propheta, ut fugiamus de medio Babylonis. Exitus ab Aegypto fuga vocatur. E' Ba-  
bylone fugere iubemur, non sensim, atq;

contan

*Non respiciendum.*

contanter emigrare. Videas plerosq; con-  
 perendinantes, & confidij nimium leuitis  
 molientis fugam vitiorū: Vbi his me curis,  
 inquit, extricauero, vbi illud atq; illud ne-  
 gotij confecero. Stulte, quid si hodie à te  
 repetant animam tuā? An nescis negotium  
 è negotio seri? vitium vitio imitari? Quin  
 hodie potius facis, quod quò marculus fe-  
 ceris, hoc factu fuerit facilius? Alibi diligēs  
 esto, hic vtilissima precipitatio. Ne repu-  
 ta, ne periculare, quantum relinquant, cer-  
 tus, Christum vnum tibi satis futurum pro  
 omnibus. Aude modo te illi toto pectore *Fides Deo.*  
 credere. Aude tibi diffidere, aude omnem  
 tui curam in illum transferre. Desine inni-  
 tui, & plena fiducia abijce te in eum, &  
 excipiet te. Iacta cogitatum tuum in Do-  
 minum, & ipse te enutriet; vt canas illud  
 eiusdē propheta: Dominus regit me, & ni-  
 hil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me col-  
 locauit. Super aquam refectionis educauit  
 me, animam meam conuertit. Ne velis te-  
 metipsum partiri duobus, mundo, & Chri-  
 sto. Nō potes duobus dominis seruire: nul-  
 la societas Deo cum Beial: non fert eos  
 qui vtroq; genu claudicāt: euomit eos, qui  
 neq; frigidi sunt, neq; calidi, sed tepidi. Ni-  
 mis quā zelotypus animarum amator

Deus est: solus ac totū possidere vult, quod sanguine suo redemit. Non patitur confortium diaboli, quem semel morte sua deu-

*Ducite.* cit. Duæ tantum viæ sunt: altera quæ per obsequium affectuum ducit in exitium: altera quæ per mortificationem carnis ducit ad vitam. Quid tecum hæres? tertia nulla est. Harum alteram velis nobis adeas oportet: quisquis es, hæc arcta tibi inuēda semita est, per quā pauci mortalium ambulant. Sed hanc ipse calcavit Christus, calcauerunt ab orbe condito, quicumque Deo placuerūt. Hæc est profectò Adraſtei numinis inuētabilis necessitas: cum Christo, mundo crucifigaris necesse est, si voles cū Christo vivere. Quid inepti nobis ipsi blandimur? Quid tantam re nobis ipsis imponimus? Hic dicit, nō sum clericus, mundanus sum; non possum nō vti mūdo. Alius cogitat; & si sacerdos sum, monachus nō sum: videri ille. Inuenit & monachus, quo sibi palpetur: Nō tam, inquit, monachus sum; quam illi aut illi. Alius dicit: adolescens sum, generosus, diues, aulicus, denique princeps, ad me nihil attinent, quæ dicta sunt Apostolis, Miser, ergo ad te nihil attingit vt viuas in Christo? Si in mundo es, in Christo non es: si mundum appellas coelum, terram, mare,



mare, & hunc communem aërem, nemo non est in mūdo: sin ambitionem, delicias, cupiditatem, libidinem, mūdum dicis, profectō si mundanus es, Christianus non es. Omnibus dixit Christus, quī crucem suam nō tolleret, ac sua vestigia sequeretur, non esse se dignum. Mori carni cum Christo, nihil ad te, si viuere illius spiritu nihil ad te pertinet. Crucifigi mundo, nihil ad te, si viuere Deo, nihil ad te. Consepeliri cū Christo, nihil ad te, si resurgere iti gloriam, nihil ad te. Christi humilitas, paupertas, tribulatio, cōtemptus, labores, agones, dolores, nihil ad te, si regnum illius nihil ad te. Quid autem improbius, quā præmium tibi cum alijs commune ducere, ad labores quibus paratur præmium, in paucos quosdam reiijcere? Quid autē delicatius, quā cum capite conregnare velle, cum nōllis compatī? Noli igitur mi frater circūspicere quid alij faciant, & eorū collatione tibi blandiri. Ardua quædam & paucissimis, etiam monachis, cognita res est, mori peccato, mori desiderijs carnalibus, mori mūdo. Et hæc est cōmunis omnium Christianorū professio. Hoc iam olim in baptismo deierasti. Quo voto, quod possit accedere sanctius, aut religiosius? Aut pereandū, aut

Mori mūdo.

sine exceptione, hac via grassandum ad salutē, siue reges, siue inopes erimus coloni. Quod si non omnibus contingit ad perfectam imitationem capitis pertingere, omnibus tamen huc manibus, pedibusq; est enitendū. Bonā Christianismi partē habet, qui certo animo decreui fieri Christianus.

*Canon tertius.*

**V**erum ne te illud à virtutis via deterreat, quòd aspera videatur ac tristis, tum quòd commoditatibus mundi sit renunciandum, tum quòd iugiter configere oporteat cū trib<sup>9</sup> improbilissimis hostibus, carne, diabolo, & mundo. Hāc tertiam regulam tibi proponito, vniuersa terricula, & phantasmata, quę tibi statim velut in ipsis Auerni faucibus occurrunt, pro nihilo ducenda esse, exemplo Aeneæ Vergiliani. Quòd si ludibrijs inanibus cōtemptris rem ipsam pressius firiusq; inspexeris, profectò videbis, Christi via, præterquàm quòd sola ducit ad felicitatē, etiam omisso præmij respectu, nullam tamen aliā esse commodiorem. Quod enim (quæso te) vitę genus iuxta mūdum tibi deliges, in quo non sint abunde multa tristia atq; aspera subeunda, tolerandaq;? *Aulicam vitam quis nescit*

nescit esse ærumnarum plenam, nisi vel  
 inexperius, vel certè stultissimus? Deum  
 immortalè, quæ illic, quàm diutina, quàm  
 indigna seruitus perferenda, quanta solici-  
 tudine ambienda principis gratia, eblâdien-  
 dus favor eorū, qui vel nocere possunt, vel  
 prodesse, fingendi vult? subinde noui, mu-  
 sitanda iniuria potentiorū. Porro autem,  
 quod tandem mali genus, quo nō sit refer-  
 ta militia? Vtriusq; rei tu testis esse opti-  
 mus potes, qui vtrunq; tuo periculo didi-  
 cisti. Iam verò quid vel non facit vel pati-  
 tur mercator, Per mare pauperiæ fugiens,  
 per saxa, per ignes? In coniugio quāta mo-  
 les curarū familiarium, quam non ibi mi-  
 seriam vident, qui experiuntur? In publicis  
 obediendis muneribus, quantū sollicitudinis,  
 quātum laboris, quantū periculi? Quoquo  
 versum flexeris oculos, ingēs turba incom-  
 modorū occurret. Ipsa per se vita morta-  
 lium mille ærumnis obnoxia est, quæ sunt  
 improbis cum probis communes. Eæ om-  
 nes tibi cesserint in cumulū meritorum, si  
 te deprehenderit in via Christi: sin minus  
 cum maiore molestia, tum nullo fructu fe-  
 rende ramen. Qui mundo militant, primū  
 quāta multos annos anhelant, sudant, tu-  
 multuantur? Deinde pro quāta caducis,  
 g s nihilq;

*Mercato-  
 rum mole-  
 stia.  
 Coniugij  
 miseria.*

nihilque rebus? Postremò quàm ancípiti spe? Adde quòd illic adeò nullus est miseriarum finis, vt quò laboratum est diutius, hòc laboretur molestius. Finis deniq; tam anxiz, tamq; laboriosæ vitæ, qui tandem Nempe cruciatus æternus. I nunc, & cum hac vita cõpone viam virtutis, quæ statim desinit esse aspera, fit progressu mellior, fit iucûda, per quam certissima spe itur ad summum bonũ. Non ne extremæ dementiæ sit, malle pari labore parare mortem æternã, quàm vitam immortalem? At isti faciunt, vel hoc insanius, qui præeligunt summis laboribus ire ad labores perennes, quàm mediocribus ad otium immortale. Ad hæc si maxime laboriosior esset pietatis via quàm mundi, tamẽ hic laboris asperitas, præmij spe lenitur, nec deest vnctio diuina, quæ facit, vt omne fel in mel vertatur. Illic cura curã trahit, dolor ex dolore nascitur: nec mora, nec requies: foris labor & afflictio, intus grauior ægritudo. Ipsa lenimẽta exasperant. Hęc ita habere, ne gentiles quidẽ poëtas fugit, qui per Tityi, Ixionis, Tãtali, Sisyphi, Pentheiq; supplicium, improborum hominũ ærumnosam vitam achumbrant. Quorum est & illa sera in libro sapientiæ confessio, Lassati sumus in  
via ini

*Improborum vita.*

iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autē domini ignorauimus. Quid Aegyptia seruitute vel foedius, vel laboriosius? Quid Babylonia captiuitate tristius? Quid iugo Pharaonis & Nabuchodonosor intolerabilius? Christus autem quid dicit? Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. In summa, Nulla deest voluptas, vbi adest tranquilla conscientia. Nulla non adest miseria, vbi eruciat infelix conscientia. Hęc iā plus quā certā esse oportet. Quod si etiam dubitas, consule eos qui aliquando de medio Babylonis conuersi sunt ad dominum, & vel illorū experimēto crede, nihil esse vitij turbulētius frivolisq; nihil virtute expeditius atque hilarius. Verum age, fingito paria stipendia, pares labores: at quāto tamen optabilius militare sub signis Christi, quā sub vexillis diaboli? Imō quāto optabilius affligi cum Christo, quā delitijs affluere cū diabolo? lam vero non erit velis & equis fugiendus dominus; non tātum turpissimus; verum etiā durissimus & fallacissimus? qui tam iniquum pēsum exigit: qui tam futilia promittit; quibus ipsis non raro frustratus miseris.

*Christiana  
vita.*

*Cū Christo  
affligi.*

miseros. Aut si præstat, rursus, ubi lubitur  
 est, tollit, ut maiore ægritudine amittant  
 parta, quàm labore pepererint. Mercator  
 posteaquàm fasq; nefasq; cumuladẽ rei stu-  
 dio miscuit, famam, vitam, animã mille pe-  
 riculis obiecit, si quidem bene ceciderit for-  
 tunæ alea, quid tandem aliud sibi parauit,  
 quàm miseræ sollicitudinis materiã, ut ser-  
 uet: cruciatum, si perdat. Sin male, quid re-  
 liquum est, nisi ut bis fiat miser, & quòd re-  
 sperata frustratus est, & quòd tantum irri-  
 laboris exhaustum, non sine dolore memi-  
 nit? Nemo ad bonam mētem certo animo  
 contendit, qui non peruenit. Christus ut  
 nõ irridetur, ita nec irridet. Cogita & illud,  
 cum à mundo fugis ad Christum, nõ te re-  
 linquere, si quã commoda mundus habet,  
 sed leuiora cum potioribus commutare.  
 Quis non oppidò lubens argentum auro,  
 silitẽ in gemma cõmutauerit? Offenduntur  
 amici, quid tum? Inuenies iucundiores. Ca-  
 rebis voluptatibus? sed frueris internis, quę  
 sunt vel suauiores, vel synceriores, vel cer-  
 tiores. Minuenda res? At crescunt opes il-  
 læ, quas neq; tineæ demoliuntur, neq; tol-  
 lunt fures. Desinis esse in precio apud mun-  
 dum? At probaris iautore Christo. Placet  
 paucioribus, sed meliorib<sup>9</sup>. Maiorescit cor-  
 pus,

tes, sed saginatur animus. Marcescit nitor  
 cutis, sed enitescit decus animi. At si per ce-  
 tera eodem modo cucurreris, intelliges ni-  
 hil, vel falsi boni relinqui mundo, quod nō  
 longē præstantiore compendio compen-  
 setur. Quod si qua sunt, quæ quanquam nō  
 possunt non vitiose desyderari, sine vitio  
 tamen possideri possunt, quod genus opi-  
 nio popularis, fauor vulgi, gratia, autori-  
 tas, amici, honos virtuti habitus, ferè sit, ut  
 primum quærentibus regnū dei, vltro hæc  
 omnia adijciantur, id quod promisit Chri-  
 stus, & Deus præstitit Solomoni. Fortuna  
 plerunq; sequitur fugientes, fugit sequen-  
 tes. Certe quicquid acciderit diligentibus,  
 nihil non esse prosperum potest, quibus di-  
 spēdia in compendū, flagella in solatium,  
 opprobria in gloriam, cruciatus in volu-  
 ptatem, tristia in dulcia, mala vertuntur in  
 bona. Hanc igitur viam dubitas capessere,  
 & illam relinquere, cum tam iniqua sit col-  
 latio, imò tam nulla, dei ad diabolum, spei  
 ad spem, præmij ad præmiū, laboris ad la-  
 borem, solatij ad solatium?

*Omnia bo-  
 nis pro-  
 spera.*

#### *Canon quartus.*

**S**ed ut certiore cursu queas ad felicitate  
 stemi contendere, hæc tibi quarta sit re-  
 gula,

gula, ut totius vitæ tuæ Christum velut vnicum scopum præfigas, ad quæ unum omnia studia, omnes conatus, omne otium ac negotium conferas. Christum vero esse pura, non vocem inanem, sed nihil aliud, quam charitatem, simplicitatem, patientiam, puritatem, breuiter quicquid ille docuit. Diabolum nihil aliud intellige, quam quicquid ab illis auocat. Ad Christum tendit, qui ad solam virtutem fertur. Diabolo se mactat, qui seruit vitij. Simplex ergo sit oculus tuus, & totum corpus tuum lucidum erit: ad solum Christum tanquam ad vnicum & summum bonum spectet, ut nihil ames, nihil mireris, nihil expectes, nisi aut Christum, aut propter Christum. Nihil oderis, nihil horreas, nihil fugias, præter unam turpitudinem, aut propter turpitudinem. Ita fiet, ut quicquid egeris, siue dormias, siue vigiles, siue edas, aut bibas, ipsi denique lusus tui & otia, dicam audacius, imò & vitia quædam leuiora, in quæ nonnunquam ad virtutem properantes incidimus, omnia tibi cedant in cumulū premij. Quod si nequam erit oculus tuus, & aliò quam ad Christum spectaris, etiam si qua recta feceris, infrugifera fuerint, aut etiã perniciofa. Vitium enim est, rem bonam non bene agere. Tum ad summi boni

*Christus  
quid.*

*Diabolus  
quid.*



boni metam rectā festinanti, quæcūq; ob-  
 ter occurrunt, eatenus sunt aut reiicienda  
 aut assumenda, quatenus cursum tuum aut  
 adiuvant, aut impediūt. Earum rerum fer-  
 me triplex est ordo. Quædā enim ita sunt  
 turpia, vt honesta esse nō possint, velut vi-  
 cisci iniuriam, male velle homini. Hæc sem-  
 per aspernanda, quātoui s etiā emolumen-  
 to proposito aut cruciatu. Nihil enim est,  
 quod bonum virum queat lædere, præter  
 nam turpitudinem. Quædam è regione  
 ita sunt honesta, vt turpia esse non possint.  
 Quod genus sunt, bene velle omnibus, iu-  
 vare honestis rationibus amicos, odisse vi-  
 tia, gaudere pijs sermonibus. Quædam ve-  
 ro media, veluti valetudo, forma, vires, fa-  
 cūdia, eruditio, & his similia. Ex hoc igitur  
 postremo genere rerū nihil propter se ex-  
 petendum, neq; magis, minus ve adhiben-  
 dæ sunt, nisi quatenus conducunt ad sum-  
 mam metā. Sunt enim & philosophis qui-  
 dam fines imperfecti, ac medij, in quibus  
 nō oporteat cōsistere, quibusq; conveniat  
 uti, non frui. Verum quæ media sunt, non  
 eodem modo omnia, aut cōferunt aut of-  
 ficiunt ad Christum euntibus: proinde pro  
 momento quod habent, sunt assumēda, aut  
 repudianda. Sciētia plus adfert ad iumentū  
 ad

*Triplex  
 ordo rerū.*

ad pietatem quàm forma, aut vires corporis, aut opes. Et quanquam omnis eruditio potest ad Christum referri, alia tamen alia propior via conducit. Ab hoc fine, medi-  
 rum omnium vtilitatem, aut inutilitatem, metire. Literas amas, recte, si ppter Christum. Sin ideo tantū amas, vt scias, ibi consistis, vnde gradū facere oportebat. Quòd si literas expetis, vt illis adiutus, Christū in arcanis literis latentem clarius perspicias, perspectum ames, cognitum atq; amatum communices, aut fruaris, accinge te ad studia literarum. Verū non vltra quàm ad bonam mentem arbitrere profuturas. Si tibi confidis, & ingens in Christo lucrum speras, perge tanquā audax mercator, longius etiam in gentiliū literis peregrinari, atque Aegyptias opes ad dominici tēpli honestamentum conuertere. Sin metuis plus dispēdij quàm speras cōpendij, ad primam illam regulam redi: Nosce te ipsum, & tuo te modulo metire. Satius est minus sapere & amare magis, quàm magis sapere, & nō amare. Ergo scientiā in medijs principatum obtinet. Deinde sunt valetudo; dotes ingenij, facundia; forma, vires, dignitas; gratia, autoritas; prosperitas, fama, genus; amici, res familiaris: horum vnūquodq; vt proximo

*Quatenus  
gentiliū  
litera le-  
genda.*

Maximo cursu ad virtutem conduceret, ita  
 maxime erit adhibendum: sed si quidem  
 circumdatus nobis offeratur. Sin minus,  
 non erit tamen horum gratia: à proposito  
 cursu deflectendum. Obtenit pecunia, si ni-  
 hil obstat ad bonam mentem, adhiñisti a:  
 para tibi amicos de maxime iniquitatis.  
 Sin bonæ mentis times dispendium, conte-  
 mne damnosum lucrum, & vel Cratem il-  
 lum Thebanum imitare, molestam sarcinam  
 in mare potius præcipita, quam te retar-  
 det à Christo. Id erit tibi facti proximum, si  
 quemadmodum diximus, affueris nihil mi-  
 rari eorū, quæ sunt extra te: id est, quæ non  
 pertinent ad hominē interiorem. Ita enim  
 fiet, ut neq; insolescas, si hæc contingerint,  
 neq; discrucieris animo, si vel negata fue-  
 rint, vel erepta, quippe qui felicitatē tuam  
 vno Christo metiris. Quod si citra tuū stu-  
 dium contingunt, sollicitior esto, non secu-  
 rior: id cogitans, datam tibi diuinitus virtu-  
 tis exercendæ materiam, sed periculosam.  
 Quod si suspecta habes fortunæ benigni-  
 tatem, Prometheū imitare. Ne receperis  
 dolosam pyxidē, & expeditus ac nudus ad  
 vnicum illud bonum contende. Qui vero  
 pecuniam, aut rem magnam ingenti soli-  
 tudine experūt, & in ea statuunt præcipuū  
 h vitæ

*Pecunia  
 quomodo  
 amanda.*

vitz præsidium, qui se beatos putat, ea: in-  
 columi, qui miseros clamitant, cum perire,  
 ij, nimirum plures deos sibi finxere. Acquasti  
 Christo pecuniam, si ea te potest felicem, aut  
 infelicem reddere. Quod dixi de pecunia,  
 idem de honoribus, voluptatibus, valetudi-  
 ne, imò & de ipsa vita corporis accipe. Tan-  
 to ardore ad vnum Christum scopum no-  
 strum oportet eniti, vt horum nihil vacet  
 magnopere curare, siue cum dantur, siue  
 cum tolluntur: Tempus enim breue est, vt  
 ait apostolus. Reliquum est, vt qui vtuntur  
 hoc mundo, sint tanquam non vtentes. Hanc  
 mentem (scio) mundus vt stultam, ac ma-  
 le sanam ridet, verum per hanc vnam stul-  
 titiam, placuit Deo saluos facere creden-  
 tes. Et quod stultum est Dei, sapientius est  
 hominibus. Ad hanc itaq; regulam, quicquid  
 & agis, exigas. Exerces artem, recte, si sine  
 fraude. Verum quò spectas? Vt alas fa-  
 miliam: At quorsum tibi familiam? Vt eam  
 Christo lucrifacias? Bene curris. Ieiunas;  
 pium quidem opus in speciem. Sed quò re-  
 sors tuum ieiunium? Vt parcas penuriam, aut vs  
 religiosior habearis. Nequam est oculus  
 tuus. At ieiunas, ne in morbum incurras. Cur  
 morbum metuis? Ne te priuet vsu volupta-  
 tum. Viriosus est oculus tuus. Sed valere vis,

vt

vt studio sufficias. Studiū vero, quò refers?  
 Vt sacerdotium aliquod tibi pares. Sacer-  
 dotium quo animo ambis? Nempe vt tibi  
 viuas, non Christo. Aberrasti à signo quod  
 Christianum oportet vbiq; præfixum habe-  
 re. Sumis cibū vt valeas corpore. Sed idē  
 valere vis corpore, vt sanctis studijs, san-  
 ctis vigilijs sufficias. Scopū attingisti. Curas  
 autem valetudinem, ne fias deformior, ne  
 libidini non sufficias: à Christo excidisti, a-  
 lium deum tibi faciēs. Sunt qui certos di-  
 uos, certis quibusdam colunt ceremonijs.  
 Alius Christophorum singulis salutat die-  
 bus, sed non nisi conspecta eius imagine  
 quò tandē spectans? Nempe huc, quòd sibi  
 persuaserit, sese eo die à mala morte tutū  
 fore. Alius Rochū quēdam adorat, sed cure  
 Quòd illum credat pestē à corpore depel-  
 lere. Alius Barbaræ, aut Georgio certas  
 procūlas admurmurat, ne in manus hostiū  
 veniat. Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleant  
 dentes. Ille visit diuū Iob simulachra, vt sca-  
 bie careat. Nōnulli de lucro certā portio-  
 nē pauperibus nuncupant, ne merces nau-  
 fragio intercidat. Hieroni cereolus accēdit  
 tur, vt res quę perijt recipiatur. In summa,  
 ad hūc modū, quot res sunt quas vel time-  
 mus, vel cupimus, totidē ijs diuos præfec-  
 mus.

*Supersti-  
 tiosi cul-  
 tue diuo-  
 rum.*

*Dij auxi-  
liares &  
tutelares.*

mus: qui & ipsi diuersis nationibus diuersi  
sunt, vt id apud Gallos valeat Paul<sup>9</sup>, quod  
apud nostrates Hieron. neque passim id  
valeat Iacobus aut Ioannes, quod illo atq;  
illo loco. Quæ quidem pietas, nisi à respe-  
ctu commodorū atq; incommodorū cor-  
poralium ad Christū referatur, adeò Chri-  
stiana nō est, vt non ita multum absit à su-  
perstitione eorum, qui quondam Herculi  
decimam honorum partē vouebant, vt di-  
tulerent: aut Aesculapio gallum, vt à mor-  
bo reualescerēt: aut qui Neptuno taxum  
cadebant, vt feliciter nauigarent. Nomi-  
na quidem commutata sunt, sed finis vtrius-  
que communis. Oras deū, ne tibi mors ac-  
cidat præmatura: & nō oras potius, vt tibi  
mentem meliorem largiatur: vt quocūq;  
loco te mors oppresserit, nō offendat im-  
paratum. Tu non cogitas de mutanda vi-  
ta, & Deum rogas ne moriaris. Quid igitur  
oras? nimirū vt quā diutissime pec-  
ces. oras diuitias, & nescis vti diuitijs: nō oe-  
tuam ipsius perniciem oras? oras bonam  
valetudinem, & abuteris sanitate, non ne  
pietas tua impia est? Reclamabitur hoc lo-  
co protinus à quibusdam religiosulis, qui  
quæstum existimant pietatem, & vt idem  
ait, per dulces quasdam benedictiones se-  
ducunt

seducunt corda innocentium, ventri suo  
 seruietes, non Iesu Christo. Ergo ne in-  
 quient, Tu vetas cultum sanctorum, in qui-  
 bus Deus honoratur? Ego verò non tam  
 damno eos, qui hæc simplici quadam su-  
 perstitutione faciunt, quam qui emolumen-  
 tum suum secuti, ea quæ tolerabilia fortas-  
 se sunt pro summa & absoluta pietate esse  
 runt, & suo commodo fouent imperitiam  
 plebis, quæ de ego quidem omnino contem-  
 no: verum non feram, ut media pro summis, mi-  
 nima pro maximis habeat. Laudabo quod  
 à Rocho suo petant incolumen vitam si eam  
 consecrēt Christo. Magis autem laudabo,  
 si nihil aliud orent, quam ut cum odio vi-  
 tiorum augeatur amor virtutum. De morien-  
 do ac viuendo Deo in manum dent, dicantque  
 cum Paulo: Siue viuimus, siue morimur, Do-  
 mino viuimus ac morimur. Perfecta erit,  
 si dissolui cupiant, & esse cum Christo: si  
 in morbis, damnis, reliquisque fortunæ incō-  
 modis gloriam & gaudium suum constituat  
 quod digni habeantur, qui vel hoc modo  
 capiti suo conformentur. Ergo non tam re-  
 prehensendum istiusmodi facere, quam per-  
 niciosum in eis consistere atque inniti. Tole-  
 ro infirmitatem, sed cum Paulo viam demonstro  
 excellentiorem, Ad hanc regulam si stu-

dia & actus omnes tuos excusseris, neq; vquam constiteris in medijs, donec peruenieris vsq; ad Christum, nec aberrabis vquam à via, neq; rem vllam in vita aut facies, aut patieris, quæ tibi non vertatur in materiam pietatis.

*Canon quintus.*

*Perfecta  
pietas.*

**A**Ddamus & quintam regulam huic quasi subsidiariam, vt in hoc vno constituas perfectam pietatem, si coneris semper à rebus visibilibus, quæ ferè vel imperfectæ, vel mediæ sunt, ad inuisibilia proficere, iuxta superiorem hominis diuisionem. Hoc præceptum aded ad rem pertinet, vt eius siue neglectu, siue inscitia, pleriq; Christiani pro pijs sint supersticiosi, & præter cognomē Christi, non admodum absint à superstitione gentilium. Duos igitur quosdam mūdōs imaginemur, alterum intelligibilem tantum, alterum visibile. Intelligibilem, quem & angelicū licebit appellare, in quo deus cū beatis mētibus: Visibile, cœlestes sphæras, & quod in his includitur. Tum hominē veluti tertium quendam mundū vtriusq; participem, visibilis secundum corpus, inuisibilis secundum animā. In mundo visibili quoniam peregrini sumus, nusquam



nusquam oportet conuiescere, sed quic-  
 quid occurrit sensibus id a præ quadam col-  
 latione, vel ad mundum angelicum, vel (quod  
 est uilius) ad mores, & ad illi respondente  
 hominis partem, referre. Quod sol hic vi-  
 sibilis in mundo visibili, id diuina mens in  
 mundo intelligibili, & in ei cognata tui par-  
 te, puta spiritu. Quod illic luna, hoc in illo  
 cœtus angelorum, & animarum piarum, quam  
 uocat ecclesiam triumphantem, hoc & in  
 te spiritus. Quicquid agit mundus superior  
 in sibi subiectam terram, hoc agit Deus in  
 tuam animam. Occidit sol, oritur, æstuat,  
 temperatur, uinificat, producit, maturat,  
 attrahit, extenuat, purgat, durat, emollit,  
 illustrat, serenat, exhilarat. Ergo quicquid  
 in eo uides, imò quicquid in hoc crassiore  
 mundo, qui constat ex elementis, quæ non  
 nulli à reliquis distinguere: denique quicquid  
 in crassiore tui parte, id affuescas ad Deum,  
 atque inuisibilem tui portionem referre.  
 Ita fiet, ut quicquid uisquam sese sensibus  
 obiecerit, id tibi fiat occasio pietatis. Cum  
 delectat oculos corporeos, quoties sol  
 hic visibilis nouo lumine sese terris in-  
 fundit; tu protinus cogita; quæ sit illa  
 voluptas cœlitum, quibus æternus ille sol  
 semper oritur, nec unquam occidit squatum  
 h 4 illud

Sol mens  
diuina.

illud gaudiū puræ mētis, cui diuinū lumen  
 irradiat. Atq; admonente creatura visibili,  
 ora verbis Paulinis, vt qui dixit de tenebris  
 lucē splendescere, ipse illucescat in corde  
 tuo, ad illuminationem scientiæ claritatis  
 Dei, in facie Christi Iesu. Repete consimi-

*Lumē gra-  
 tia Dei de-  
 situr.*

les locos ē sacris libris, in quibus passim  
 gratia spiritus diuini, lumini comparatur.

*Noctis my-  
 stica per-  
 pensio.*

Tristis ubi noxæ recta videtur. Animam  
 cogita diuino lumine destitutam, ac vitijs  
 caligantem. Et si quid noctis intra te depro-

henderis, ora vt tibi oronatur sol iustitiæ.  
 Sic autē existima, ad eō non esse nullas res  
 inuisibiles, vt ex quæ videntur, præ illis vix  
 vmbra quædam sint, tenuem modo quan-

dam imaginem illarum oculis repræsen-  
 tantes. Proinde quicquid in corporeis re-  
 bus sensus, aut appetunt, aut horrent, idem  
 conuenit in internis spiritum logē magis  
 amare, aut odisse. Arridet oculis decora

species corporis. Cogita quā honesta res  
 sit species animæ. In suaue quiddā videtur,  
 deformis vultus. Memento quā odiosa  
 res sit, mens vitijs deturbata. Atque idem

de reliquis facito: est enim animæ, vt sua  
 quædam venustas, aut deformitas, qua vi-  
 cissim Deo placet ac diabolo, similis simi-  
 di: ita est illi & sua quædam iuuenta, sene-

ta,

*ita, morbus, sanitas, mors, vita, paupertas,*  
*opulenta, voluptas, dolor, bellum, pax, fri-*  
*gus, calor, sitis, potus, fames, cibus: breuiter*  
*quicquid sentitur in corpore, id intelligen-*  
*dum est in anima. Ergo in hoc est iter ad*  
*vitam spiritalem ac perfectam, si sensum*  
*assuescamus abduci ab ijs, quæ verè non*  
*sunt, sed partim apparent esse, quod non*  
*sunt, vt voluptas turpis, honor mundi, par-*  
*tim fluunt, atq; in nihilum redire festinat,*  
*rapiamurque ad illa quæ verè sunt æter-*  
*na, incommutabilia, sincera. Id quod vi-*  
*dit & Socrates, vir non tam lingua, quàm*  
*vita Philosophus: ait enim ita demum ani-*  
*mam feliciter emigrare è corpore, si prius*  
*per philosophiã mortem fuerit diligenter*  
*meditata, & multò antè per reum corpo-*  
*ralium contemptum, & spiritualium amo-*  
*rem ac contemplationem assueuerit tan-*  
*quam à corpore abesse. Neque aliud est*  
*cruce illa, ad quam nos vocauit Christus,*  
*neque aliud mors, qua nos capiti commo-*  
*ri vult Paulus, quemadmodù dicit & Pro-*  
*pheta: Quoniam propter te mortificamur*  
*tota die: estimati sumus sicut oves occisio-*  
*nis, & quod alijs verbis scribit Apostolus:*  
*Quæ sursum sunt quærite, non quæ super-*  
*terram, quæ sursum sunt: sapere: quàm vt*  
 h 5 ad

*Turpis vo-*  
*luptas.*

*Cruce*  
*quid.*  
*Quid*  
*mors.*

ad res corporeas obstupescamus, & tanquam insensibiles reddamur, vt. tantò magis sapiamus in his quæ sunt spiritus, quanto magis in illis desipuerimus: tantò verius intus incipiamus viuere, quanto minus vixerimus foris. Deniq; vt dicam plinius, eò minus nos moueant res caduæ, quò magis cogitæ fuerint æternæ: hoc minus miremur vmbritas, quò magis suspicere cœperimus veras. Ergo hæc regula semper ad manum habenda, ne obiri in rebus temporarijs restitemus, sed inde veluti gradu factò ad spirituum amorem, adhibita collatione, assurgamus, aut præ his quæ sunt inuisibilia, id quod est visibile, cõtemnere incipiamus. Tolerabilior erit morbus corporis, si cogitaris eum remediũ esse animæ. Minus eris sollicitus de valetudine corporis, si totam curam ad tuendam animi valetudinẽ cõuertetis. Terret te mors corporis, multò magis formidanda mors animæ. Horret venenum visibile, quòd perniciem adfert corpori, longè magis horrendũ virus, quòd interimit animã. Cicuta venenum corporis, at multo præsentius venenũ animæ voluptas. Horrescis, exalbescis, metuens, ne te feriat fulmen, quòd è nubibus enecat, & quare magis for

formidandū, ne veniat in te fulmen ignifi-  
 bile. iræ diuinæ: Ite maledicti in ignem  
 æternum? Rapit te venustas corporis, cur  
 non magis ardes eam speciem, quæ latera  
 In eam transfer amorem tuum quæ per-  
 petua est, quæ cœlestis, quæ inco.rupta, &  
 moderatius amabis formam caducam &  
 fugacem corporis. Oras vt compluatur  
 ager, ne sitiat: magis cura, vt Deus cōpluat  
 mentem tuam, ne a virtutum fruge steri-  
 lescat. Magna cura resarcis dispendium rei  
 pecuniariæ, maxima cura resarcienda ia-  
 ctura mentis. Prospicis in senectā, ne quid  
 desit corpori, & nō consulendum, ne quid  
 desit animo? Atq; hoc quidem faciendum  
 in his rebus, quæ quotidie sunt obuiæ sen-  
 sibus nostris, atq; eos pro varietate speciei,  
 variè afficiunt spe, metu, amore, odio, do-  
 lore, voluptate. Idem obseruandum in o-  
 mnibus literis, quæ ex simplici sensu & my-  
 sterio, tanquam corpore atq; animo con-  
 stant, vt contempta litera ad mysteriū po-  
 tissimū spectes: cuiusmodi sunt literæ poë-  
 tarū omnium, & ex philosophis Platonico-  
 rum: maximè verò scripturæ diuinæ, quæ  
 ferè Silenis illis Alcibiadeis similes, sub te-  
 tōrio sordido ac penè ridiculo, merū nu-  
 men claudūt. Alioqui si sine allegoria lege-  
 ris,

Mysteriū  
 in literis  
 omnibus  
 spectetur.

ris, Adæ simulachrum de argilla vda formatum, eiq; inspiratam animam, Euã de cor-  
sta subductam, interdictum, ne de ligno  
ederent: serpentem suaforẽ, Deum inam-  
bulantem ad auram, conscios latitantes:  
angelum cum romphæa versatili foribus  
paradisi additum, ne eiectis pateret redi-  
tus: breuiter totam orbis cõditi historiã,  
si nihil vltra superficiẽ quæseris, non vi-  
deo: quid ita multo magis operæpretium  
sis facturus, quàm si cantaueris luteum si-  
mulachrũ Promethei, ignem dolo subdu-  
ctũ, eum simulachro inditum, lutum ani-  
masse. Imò fortasse plusculo fructu lege-  
tur fabula poëtica cum allegoria, quàm  
narratio sacrorũ librorũ, si cõsistas in cor-  
tice. Si te legentẽ admonet fabula gigã-  
tum, non esse pugnandum cũ superis, aut  
abstinendũ esse ab ijs studijs, à quibus na-  
tura abhorret, adijciendum animũ ad ea  
(modo honesta sint) ad quæ natura pro-  
pensior es, vti ne coningio te impediã,  
si tuis moribus cœlibatus magis cõuenit:  
rursum, ne cœlibatui te addicã, si coniu-  
gio videris vtilior: ferè enim infeliciter  
euenire, quæ tentes inuita Minerua. Si tẽ  
Circes pocula docet, homines voluptati-  
bus tanquã veneficijs dementari, vertiq;  
prorsus

*Gigantum  
fabula.*

Porcus ex hominibus in pecudes. Si Tan-  
 talus sitiens, miserimū esse, opibus cōge-  
 stis inhiantē, vti nō audere, Si Silyphi la-  
 xum, laboriosam, & miserā esse ambitio-  
 nē. Si Herculis labores admonēt honestis  
 studijs, & industria in fatigata parari cō-  
 lū: non ne hoc dicis in fabula, quod præci-  
 piūt philolophi, & theologi vitæ magi-  
 stri? At si *citra allegoriā* legeris, infantes  
 in vtero colluctātes, vēdita pulmēto pri-  
 mogenita, benedictionē patris dolo perē-  
 ptam, Goliad funda David ictum, Sāpsoni  
 dera sum capillū, non ira magni refert, q̄  
 si pōeticū legas figmentū. Quid interest,  
 tegum aut iudicium libros legas, an Li-  
 tianā historiam, modo in neutra spectes  
 allegoriam? Nā in illa multa insunt, quæ  
 mores communes emendent, in hac non-  
 nulla etiā absurda in speciem, & quæ sum-  
 ma cure intellecta, moribus officiant: ve-  
 luti, latrociniiū David: adukerium homi-  
 cidio emptum: Sampson perditē amans,  
 furtiuus filiarū cū Loth concubitus, atque  
 id genus alia mille. Proinde vbiq; contē-  
 pta carne scriptura, maximē veteris testa-  
 menti, spiritus mysticū rimari cōueniet.  
 Hoc tibi sapiet manna, quod palato tecū  
 attuleris. Sed in eruendis mysterijs non  
 oportet

*Citra al-  
 legoriam  
 sterilis est  
 scriptura.*

*In literis  
 sacris nō-  
 nulla etiā  
 absurda s̄  
 speciem.*

*Arte my-  
 steria tra-  
 ctanda.*

oportet animi tui coniecturas sequi veterum cognoscenda ratio, & velut ars quaedam, quam tradit Dionysius quidam in libro de Divinis nominibus, & divus Augustinus in opere de Doctrina Christiana. Paulus autem Apostolus post Christum fontes quosdam aperuit allego-  
 riarum, quem secutus Origenes, in hac parte theologiae facile principatum obtinet. Eam verò nostri theologi, aut aspernantur ferè, aut oppido quam frigide tractant, in acumine differendi veteribus vel pares, vel superiores, in huius generis tractatione ne conferendi quidem cum istis. Id quod potissimum (ut conijcio) de causis. Altera quod non potest non frigere mysterium, quod non eloquentiae viribus, ac dicendi lepore quodam conditur, qua in re praecellunt veteres, nos ne attingimus quidem. Altera, quod vno Aristotele contenti, Platonicos & Pythagoricos arcent à ludis. At hos posteriores praefert Augustinus, non solum quod plerasque sententias habent admodum consentaneas nostrae religioni, veterum quoque dictionis genus figuratum, ut diximus, & allegoriarum frequens, propius accedit ad sermonem sacrae scripturae. Non igitur mirum si commodius tracta

*Veteres ob eloquentiam commode tractaverunt allegoriam.*

tracta



ractauerūt allegoria theologicas, quidē  
 cēdi copia rem qualibet, etiā ieiunā ac fri-  
 gidā locupletare & cōuestire poterant, tū  
 qui omnis antiquitatis doctissimi; quod in  
 mysterijs diuinis erat faciendū, id fuerant  
 olim in poētis & Platonis libris meditati.  
 Horū igitur cōmētationes te malo euol-  
 uere, utpote qui nō ad scholasticā cōcerta-  
 tionē, sed ad bonā mētē te instituā. Quod  
 si non assequeris mysteriū, memineris ta-  
 men subesse, quod quidē vel incognitum  
 sperare præstabilius est, quā in litera oc-  
 cidente cōquiescere. Neq; id modō in ve-  
 teri testamēto, verū etiam in nouo. Habet  
 Euangeliū carnē suam, habet & spiritum.  
 Nam etiam si detractum est velum à facie  
 Moysi, tamen adhuc Paulus videt per spe-  
 culū, & in ænigmate. Et ut apud Ioannem  
 ipse dixit Christus: Caro nō prodest quic-  
 quam, spiritu est qui uiuificat. Mihi quidē  
 religio fuisset dicere, nō prodest quicquā  
 satis fuerat futurum, caro non nihil pro-  
 dest, sed multo amplius spiritus: nūc ipsa  
 dixit veritas, nō prodest quicquam. Adeo-  
 que non prodest, ut iuxta Paulum mortifi-  
 ca sit, nisi ad spiritum referatur. Alioquin  
 vel hoc utilis est caro, quod infirmitatem  
 quasi gradibus quibusdam ducit ad Spi-  
 ritum.

*Euangeliū  
 habet suā  
 carnē &  
 spiritum.*

ritum. Corpus sine spiritu non potest subsistere, spiritus corpore nihil eget. Quod si Christo autore tanta res est spiritus, ut sola viuificet, hunc tendendum, ut in omnibus literis, omnibus actibus spiritum respiciamus non carnem. Et si quis obseruaerit, animaduertet hoc vnum esse, quod nos vocant inter prophetas præcipuus Esaias, inter apostolos Paulus, qui nulla penè epistola nõ hoc agit, non inculcat, nihil fidentum esse carni: in spiritu esse vitam, libertatem, lumen, adoptionem, & fructus illos optabiles, quos enumerat. Carnem ubiq; contemnit, damnat, dissuadet. Attende, & deprehendes passim hoc idem agere præceptorem nostrum Iesum, dum in tollendo de puteo asino, in illuminando cæco, in cõfricandis aristis in non lotis manibus, in cõuiuuijs peccatorum, in parabola Pharisei & Publicani, in ieiunijs; in fratribus secundum carnem, in gloria Iudæorum, quod essent filij Abrahæ, in muneribus offerendis, in precationibus, in phylacterijs dilatatis, multisq; similibus locis, contemnit carnem legis & superstitionem eorum, qui malebant esse Iudæi in manifesto, quam in occulto. Et cum dicit mulierculæ Samaritanæ: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando

quando neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrē. Sed venit hora, & nunc est, cum veri adoratores adorabūt patrem in spiritu & veritate. Nā & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Idem facto significauit, cum in nuptijs aquam frigida & insipida literæ vertit in vinū spiritus, ad vitæ contemptū animas inebrians spirituales. Et ne magnū putes, quod ista contempserit Christus, quem modo cōmemorauimus. Imò contempserit & carnis suę manducationem, & sanguinis potum, nisi & spiritualiter edatur, atq; bibatur. Quibus enim putas ista locutus est, Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat? Nempe non ijs, qui Euangelio de collo suspenso, aut cruce aerea, se tutos ab omni malo putant, idque perfectam religionem existimant, sed quibus summum mysterium, de sumendo corpore suo aperuerat. Si res tanta nihil est, imò si pernitiōsa, quid est cur vllis alijs rebus carnalibus fidamus, nisi adsit spiritus. Tu forte quotidie sacrificas, & tibi viuus, neq; ad te pertineat incommoda proximi tui: adhuc in carne es sacramenti. Verum si sacrificans das operam id esse, quod

*Quid spiritualiter*

i illa sum

*Sumere* *cor* illa sumptio significat, puta idem spiritus  
*pus* *Christi* cum spiritu Christi, idem corpus cum cor-  
*si.* pore Christi, viuum membrum ecclesie. Si  
 nihil amas nisi in Christo, si omnia tua bo-  
 na putas omnibus esse communia, si om-  
 nium incommoda tibi perinde ut tua do-  
 lent, ita demum magno fructu sacrificas,  
 nepe quia spiritualiter. Si te sentis in Chri-  
 stum quodammodo transfigurari, & iam  
 minus minusq; in te ipso viuere, spiritum  
 gratias age, qui solus viuificat. Multi quot  
 quotque die sacris adfuerint, numerare so-  
 lent, atque hæc re tanquam maxima freti,  
 quasi iam nihil prætereà debeant Christo,  
 ita templis egressi, ad pristinos mores re-  
 deunt. Quod carnem pietatis amplectun-  
 tur, laudo. Quod illic consistunt, non lau-  
 do. Peragatur in te, quod illic oculis re-  
 præsentatur: repræsentatur mors capitis.  
 Excute te intus in sinu, quod aiunt, quàm  
 propè tu mortuus mundo. Quod si te totum  
 adhuc possident, ita, ambitio, cupiditas, vo-  
 luptas, inuidia, etiam si contingas altare,  
 procul tamen abes à sacro: Occulus est pro  
 te Christus, macta & tu peudes istas. Sa-  
 crifica temetipsum illi, qui pro te semet im-  
 molauit patri. Hæc si ne cogitas quidem,  
 & in illo cõfidis, odit Deus pinguem tuam  
 & crassam

& crassam religionem. Baptizatus es, ne  
 protinus te Christianum putes: mens tota  
 nihil nisi mundam sapientiam manifesto Chri-  
 stianus es, in occulto gētili gentilior. Cur  
 ita? quia corpus sacramenti tenes, spiritu  
 vacas: ablutum est corpus, quid refert, dum  
 animus manet inquinatus? Sale contacta  
 est caro, quid rum, si insulsus manet ani-  
 mus? Vinctum est corpus, at inunctus ani-  
 mus. Sin consepultus es Christo intus, &  
 iam cū eo in novitate vitæ meditaris. an-  
 bulare, agnosco Christianum. Aspergeris  
 aqua consecrata, quorsum attinet, modò  
 tu internas sordes nō abstergas ab animo?  
 Veneraris divos, gaudes eorum reliquias  
 contingere. Sed contemnis, quod illi reli-  
 querūt optimum, puta vitæ puræ exempla.  
 Nullus cultus gratior Mariæ, quàm si Ma-  
 riæ humilitatem imiteris: nulla religio san-  
 ctis acceptior, magisq; propria, quàm si  
 virtutem illorum exprimere labores. Vis  
 tibi demereri Petrum aut Paulū? alterius  
 fidem, alterius imitare charitatem: & plus  
 feceris quàm si decies Romā cursitaris. Vis  
 summo honore Franciscum afficere? elatus  
 es, admirator pecuniæ es, contentiosus es:  
 largire hoc diuo: cōpescce animos, & exem-  
 plo Francisci esto modestior, contemne  
 i 2 sordidum

*Asperse  
 aqua con-  
 secrata.  
 Contactus  
 reliquia-  
 rum.*

*Disornus  
 cultus.*

sordidum lucrum, & inhiat bonis animi. Re-  
 mitte contentionem, & vince in bono ma-  
 lum. Istum honorem pluris faciet diuus il-  
 le, quàm si centum illi cereos accenderis.  
 Magnum quiddam putas, si Francisci cu-  
 cullo obuolutus, sepulchro inferaris. Nihil  
 proderit vestis similis mortuo tibi, si mo-  
 res fuerunt dissimiles viuo. Et quanquàm  
 vniuersæ pietatis exemplar à Christo com-  
 modissime petitur, tamè Christi cultus in  
 sanctis eius te impendio delectat. Christum  
 facito in sanctis imiteris, & ad singulorum  
 honorem, singula vitia mutare, aut singu-  
 las virtutes amplecti stude. Hoc si accesserit,  
 iam & illa quæ foris fiunt, non impro-  
 babo. Summa veneratione complecteris  
 cineres Pauli: nõ damno, si sibi constat tua  
 religio. Si veneris cinerem mutum &  
 mortuum, & viuam illius imaginem adhuc  
 loquentem, ac tanquam spirantem, quæ in  
 illius literis superest, negligis: non ne præ-  
 postera est tua religio? Adoras ossa Pauli  
 in oculis condita: non adoras mentem Pau-  
 li, in scriptis latentem? Magni facis fragmen-  
 tum corporis, per vitrum perspicuum, & non  
 miraris totum animum Pauli per literas  
 pellucentem? Cineres colis, ad quos non-  
 nunquam vitia tolluntur corporum: cur  
 non

non literas magis, quibus vitia sanantur animarum? Signa ista mirentur infideles, quibus data sunt: tu fidelis libros illius amplectere, ut qui non diffidis Deum omnia posse, discas illum super omnia diligere. Honoras imaginem vultus CHRISTI saxo, ligno, ve deformatam, aut fucatam coloribus, multo religiosius honoranda mentis illius imago, quae spiritus sancti artificio, expressa est literis Evangelicis. Nullus Apelles sic effingit penicillo lineamentam figuramque corporis, ut in oratione cuiusque relucet imago mentis, praesertim in Christo: qui cum esset summa simplicitas veritasque, nihil omnino poterat esse dissimilitudinis inter archetypum divini pectoris, & inde ductam imaginem sermonis. Ut nihil patri similis, quam filius, patris verbum ex intimo illius corde promanas: ita Christo nihil similis, quam Christi verbum de pectoris illius sanctissimi adytis reddita. Et hanc imaginem non miraris, non adoras, non oculis pijs collustras, non animo amplecteris? Tam sanctas, tam efficaces habes domini tui reliquias, & his neglectis, multo queris alieniora? Attonitus spectas tunicam aut sudarium quod fertur Christi, & somnicalosus legis oracula Christi? Maximo ma-

*Expressissima Christi imago in Evangelio.*

ius esse credis, quod crucis portancularia  
 domi possides. at illud nihil est præ illo, si  
 mysteriū crucis in pectore conditū gestes.  
 Alioqui si ista faciūt religiosum, quid reli-  
 giosus Iudæis, quorū impijssimi pleriq;, Je-  
 sum tantē in carne viuentē oculis viderūt  
 auribus audierūt, manibus contāctarunt:  
 quid Iuda felicius, qui ore os diuinū pres-  
 fit? Ad eō sine spiritu nō prodest caro quic-  
 quam, vt ne Virgini quidē matri profutu-  
 rū fuerit, quod eū de sua carne genuit, nisi  
 & spiritu spiritum illius concepisset. Maxi-  
 mum hoc, sed audi maius. Apostoli donec  
 corporeo Christi cōtubernio fruerentur,  
 non ne legis q̄ fuerint imbecilles, quāna  
 pingue quiddam adhuc sapuerint? **Quis**  
 aliud ad absolutā salutē desyderaret, quāna  
 tam diuturnū Dei atq; hominis conuictū?  
 Et tamen post edita miracula, post tot an-  
 nis exhibitam diuini oris doctrinam, post  
 argumēta resuscitari, non ne suprema ho-  
 ra, iam recipiendus in cœlū, exprobrat eis  
 incredulitatē illorū? Quid igitur in causa?  
 Nēpe obstabat caro Christi, atq; inde est,  
 quod ille dicit: Nisi ego abiero, paraclerus  
 nō veniet. Expedi vobis, vt ego vadā. Chri-  
 sti corporea præsentiā inutilis ad salutē, &  
 in vlla prætēreā re corporali audebimus  
 per se

*Apostoli  
 Christo  
 præsente  
 semper va-  
 cillabant  
 fide.*



perfectam pietate statuere? Paulus viderat  
 Christum in carne. Quid hoc maius esse pu-  
 tas? At ille concepit, dicens: Etsi Christum,  
 inquit, nouimus secundum carnem, sed iam  
 nunc non nouimus. Quare non nouerat?  
 Quia profecerat ad meliora charismata  
 spiritus. Verboſus forte hec dispuo, quam  
 conueniant ei, qui regulas tradit. Verum id  
 eo facio accuratius, neq; sine graui causa,  
 quod re ipsa importunum habea, hunc er-  
 rorem commune esse pestem totius Chri-  
 stianitati, quae vel hoc grauiore perniciem  
 affert, quod specie quidem pietati proxi-  
 ma est. Nulla enim periculosiora vitia,  
 quam quae virtutem imitantur. Nam pre-  
 terquam quod bonis etiam lubricus in ea  
 lapsus est, nulla difficilius corriguntur, pro-  
 pterea quod vulgus imperitum religionis  
 violati credit, dum istiusmodi reprehendun-  
 tur. Reclatet illico mundus, & oblatrent  
 clamosi quidam concionatores, qui ista liben-  
 ter intus cantunt, videlicet non ad Christum,  
 sed ad iuum compendium respicientes: ob-  
 quorum vel imperitam superstitionem, vel  
 fictam pietatem, saepius mihi testandi est,  
 me nequaquam taxare corporales ceremo-  
 nias Christianorum, & studia simplicium pre-  
 ferimus quae ecclesiastica comprobant

autoritas; sunt enim nonnunquam tum in-  
 dicia, tum adminicula pietatis, quæ quoniam  
 ferè necessaria sunt infantibus in Christo,  
 donec grandescant, & occurrant in virum  
 perfectum, tamen ne à perfectis quidem  
 cõuenit fastidiri, ne exemplo lædantur in-  
 firmi. Quod facis probe, si modo finis viti-  
 sus non sit: tum si ibi non figis metã, unde  
 gradum factũ oportebat ad salutem propio-  
 ra. Verum Christum visibilibus rebus, ob-  
 visibilia colere, & in his fastigium religio-  
 nis ponere, hinc sibi placere, hinc alios de-  
 mpnare, his instupescere, atque adeo immo-  
 ri, & ( vt semel dicam ) his ipsis à Christo  
 auocari, quæ ad hoc, tantum adhibentur,  
 vt ad eum conducant, hoc est nimirum à  
 lege Euangelij quæ spiritualis est, descisce-  
 re, & in Iudaismum quendam recidere,  
 neque minus fortè periculosum, quam si-  
 ne hac superstitiõẽ, magnis & apertis vici-  
 mi vitijs laborare. Capitalior hic quidem  
 morbus: esto: sed ille insanabilior. Quantũ  
 vbiq; sudant præcipuus ille spiritus asser-  
 tor Paulus, vt Iudeos à fiducia operũ ab-  
 ductos, ad ea quæ sunt spiritalia promo-  
 ueat. Atq; huc denuo vulgus Christianorũ  
 video reuolutum. Quid autẽ dicit vulgus?  
 Ferendum hoc, nisi & sacerdotum & do-  
 ctorum

*Perfecti  
 non fasti-  
 diant ce-  
 remonias.*

*Ne sistas  
 in ceremo-  
 nijs.*

Atorum bonam partem, de hisq; greges eo-  
 rum, qui spiritale vitam vocabulo & cultu  
 profitentur, penè totos hic error occupaf-  
 set. Si sal infatuatum est, vnde salientur cæ-  
 teri? Pudet me referre, quâta superstitione  
 pleriq; istorum obseruent ceremonias  
 quasdam ab homunculis, nō tamē hoc ani-  
 mo institutas, quanto odio easdem ab alijs  
 flagitent, quâta securitate his fidant, quan-  
 ta temeritate alios iudicēt, quanta conten-  
 tione tueātur. His factis suis cœlū deberi  
 putant, in quibus si quando occalluerint,  
 iā Pauli atq; Antonij sibi vidētur. Incipiūt  
 magno supercilio alienæ vitæ censuram  
 exercere, ad imperitorū ( ut ait comicus )  
 regulam illam, ut nihil nisi quod faciunt  
 ipsi, rectum putent. Ceterum vbi in suo in-  
 stituto cōsenerūt, videbis eos nihil adhuc  
 Christi sapere, sed animales ac tristib<sup>9</sup> qui-  
 busdam vitijs madentes, in conuictu mo-  
 rosos, ac vix etiam sibi tolerabiles, charita-  
 te frigidos, ira feruidos, odio pertinaces,  
 lingua virulentos, in exercendis simultati-  
 bus inuictos, pro re quavis nihili depugna-  
 re paratos, adeoq; alienos à perfectione  
 Christi, ut nec communibus quidem virtu-  
 tibus sint præditi, quas etiā ethnicis, vel ra-  
 tionatura infita, vel vsus vitæ, vel philo-  
 sophorum

*Superstio-  
tiosi.*

*Vitia ce-  
remonia-  
sorum.*

ſophorū præcepta parant in dociles, intractabiles, irroſos, voluptatū avidos, ad verba divina nauſeabundos, nulli commodos; de alijs male ſuſpicaces, ſibi blandientes. Huccine tot annorum laboribus denique peruentum eſt, vt peſſimas ſis, & optimus tibi videare, vt pro Chriſtiano ſis Iudæus, aut iſtantum clementis ſeruiens, vt gloria habeas non in occulto apud Deum, ſed in manifesto apud homines? Quid ſi in ſpiritu ambulasti, non in carne, vbi fructus ſpiritus? vbi charitas? vbi gaudium illud animi? vbi pax erga omnes? vbi patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, caſtitas? vbi Chriſti imago in tuis moribus? Non ſum, inquis, ſcottator, non fur, non ſacrilegus, & obſeruo quæ ſum profeſſus. At quid eſt hoc aliud, quàm non ſum ſicut ceteri homines, raptores, adulteri, & ſcinno bis in ſabbato? Malo, malo publicanum humilem, & miſericordiam implorantem, quàm iſtud iuſtorum genus, ſua benefacta commemorantium. Quid autem profeſſus es, an ne faceres quod olim in baptiſmo iuraſti, te Chriſtianū, hoc eſt, ſpiritalem, non Iudæum futurum? Quippe qui propter traditionculas hominum

trans

*Hypocriſis religioſorum.*

transgrederis mandata Dei. An non Christianismus est vita spiritualis? Audi Paulum Romanis loquentem: Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nā quod impossibile erat legi, quæ infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittēs in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleteret in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim in carne sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò in spiritu sunt, quæ spiritus sunt sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis, inimica est Deo: legi enim Dei nō est subiecta nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Quid dici poterat plenius? quid apertius? Verum hæc nihil ad te pertinere putat homines ad susblandiendu virijs arguti, ad aliena carpenda præcipites, & quod Paulus dixit de secundum carnem ambulando, in adulteros modo & scortatores referunt: quod de sapientia carnis, quæ inimica est Deo, in eos detor

*Christianismus quid.*

*Theologorum expositio.*

detorquent, qui literaturam secularem (quam vocant) didicerunt. In utroque sibi plaudunt, quod neque adulteri sunt, & omnium literarum egregie indocti. Cæterum in spiritu viuere, nihil aliud esse somniant, quam facere, scilicet quod faciunt ipsi: qui si linguam Paulinam tam diligenter obseruassent, quam fortiter contemnunt Ciceronianam, intelligerent nimirum Apostolum vocare carnem, id quod visibile est, spiritum quod inuisibile. Docet autem ubique visibilia oportere seruire inuisibilibus, non contra inuisibilia visibilibus. Tu preposterè ad ista Christum accommodas, quæ conueniebat ad Christum applicari. An testimonium flagitas, carnis vocabulum, non tantum ad libidinem, aut luxum pertinere? Accipe quod idem Apostolus hoc ipsum (quod semper) agens, scribit Colossensibus: Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, id est, Christum, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones sumministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Et ne quid dubites eum loqui de ijs, qui ceremonijs quibusdam corporalibus freti, aliorum spiritalibus

*Quid Paulus sit Caro & Spiritus.*

bus obstrepunt studijs : attende quod sequitur: Si ergo mortui estis cum Christo, ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Ab his igitur nos auocans paulò post: Igitur, inquit, si cõsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrã. Deinde spiritualis vitæ præcepta tradens, quid tandem monet? Num vt his aut his ceremonijs vtamur? nũ vt sic aut sic vestiamur? vt his, aut his cibis victitemus? vt tãtum psalmorum exhauriamus? nihil horum. Quid igitur? Mortificate, inquit, membra vestra quæ sunt super terrã, fornicationem, immũdiciam, libidinẽ, concupiscentiam malam, & auaritiã, quæ est idolorum seruitus. Ac paulò post: Nũc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, maliciã. Pauloq; inferius: Expo-liantes vos veterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundũ imaginem eius qui creauit eum. Quis est autem vetus homo? nẽpe Adam ille de terra terrenus, cuius conuersatio est in terra, non in cœlis. Terrã intellige, quicquid visibile, eoq; temporarium. Quis nouus homo? nẽpe de cœlo

*Spiritualis  
vitæ præ-  
cepta.*

*Vetus ho-  
mo.*

cælo cælestis. Cælum accipe, quicquid inuisibile, eorum, æternum. Postremò ne Iudæico more certis quibusdam obseruationibus, tanquam magicis ceremonijs Deum demereri velimus, docet earems opera nostra grata esse Deo, quatenus ad charitatẽ referuntur, indidem profecta. Super omnia autẽ hæc inquit: Charitatẽ habere, quod est vinculum perfectionis. Et pax dei Christi exulteret in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore. Dabo argumentum euidentius. Ad Galatas scribens, sæpe carnem, sæpe spiritum nominat, quos non tantum à libidine vocat ad castimoniam, sed à Iudaismo & operum fiducia, in quam erant à pseudapostolis inducti, conatur retrahere. Hic igitur opera carnis recensens, vide quæ vitia commemoret. Manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, ritæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietaes, comestiones, & his familia. Neq; multò post: Si spiritu viuimus, spiritu ambulemus. Deinde quasi pestem spiritui infestam indicans, addit: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem in-

uidentes.

*Pestis spiritui infesta.*



videntes. De fructibus arbor cognoscitur. Quòd vigilias, quòd ieiunia, quòd silentia, quòd preculas, quòd reliquas id genus observationes non præteris, nihil moror. In spiritu non credam esse, nisi videro fructus spiritus. In carne esse cur non affirmem, cum post secularem penè istarum rerum exercitationem adhuc in te deprehendam opera carnis: Invidentiam plus quàm muliebrem, iracundiam & ferocitarem militarem, vixandi nunquam satiatam libidinem, rabiosam maledicentiam, vipereum lingue obrectatrici venenum, animum tumidum, cervicem præfractam, lubricam fidem, vanitatē, fictionem, assentationem? Tu fratrem in cibo aut potu, cultu ve iudiceras. At Paulus te iudicat ex factis tuis. An hoc te à carnalibus mundanis separat, quòd tu levioribus quidem in rebus, sed iisdem tamen vitijs laboras? Num turpior est, qui ob hæreditatem interceptam, ob vitiatam filiam, ob læsum parentē, ob magistratum, ob principis gratiā, iras, inimicitias, amulationes suscipit, quàm tu cui (pudet dicere) quàm de nihilo multo hæc omnia facis acerbius? Causa peccandi levior non elevat crimē, sed exaggerat. Neq; refert in quāto pecces, modò pari affectu. Imò refert ad eò

hòc

*Monachi.*

hoc enim quisq; sceleratior est, quò minore momento ab honesto abducitur. Non ego nunc loquor de ijs monachis, quorum mores & mūdus detestatur, sed de his quot vulgus miratur, non vt homines, sed vt angelos. quos ipsos tamen offendi nō oportet hoc sermone; qui vitia notat, non homines. Quòd si boni viri sunt, gaudeāt etiā à quocunq; admoneri in his quæ ad salutem pertinent. Neq; clam me est, inter eos esse plurimos, qui literis & ingenio adiuti, spiritus mysteria degustarunt. Sed (quod ait Lilius) ferè fit vt maior pars vincat meliorem. Ceterū, si verū fateri fas est, non ne videmus arctissimum quodq; monachorum genus fastigium religionis aut in ceremonijs, aut in certa lege psalmodiarum, aut in corporum labore ponere? Quos si quis excutiat, atq; de spiritualibus percontetur, vix perpaucos inuenerit, qui non in carne ambulent. Et hinc ista tanta animorum infirmitas illic trepidantium vbi timor non est, illic oscitantium vbi summum est periculum. Hinc illa perpetua in Christo infantia, vt ne quid dicam grauius, quòd preposteris rerum estimatores, ea facimus plurimi, quæ sola nihili sunt, ijs neglectis, quæ sola sufficiunt, semper sub pædagogis agentes,

*Incommoda monachorum.*

gentes, semper sub iugo, nec vnquam ad libertatem spiritus aspirantes, nūquam ad amplitudinem charitatis crescentes: cum clamer Paulus ad Galatas, State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. atq; alio loco: Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam nō sumus sub pædago. Oēs enim filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu. Neq; multò inferius: Ita & nos cū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruietes. At vbi venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autē estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantē: Abba, pater. Itaq; iam nō est seruus, sed filius. Iterum alibi: Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatē spiritus, seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comedetis, videte ne ab inuicem consumamini. Rursum ad Rom. Nō enim accepistis spiritum adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus:

*Crescendū est ad amplitudinē charitatis.*

℣

Abba

*Optimus  
religionis  
magister  
Paulus.*

Abba pater. Eodem pertinet & illud quod Timotheo scribens: Exerce autem, inquit, reipsum ad pietatem. Nā corporalis exercitatio ad modicū utilis est, pietas ad omnia est utilis. Et ad Corinthios: Dominus spiritus est: vbi autē spiritus, ibi libertas. Sed quid nos vnum aut alterū locū referimus? Totus in hoc est Paulus, vt caro quæ contentiosa est contemnatur, & in spiritu, qui Charitatis & libertatis est autor, nos constituat. Indiuiduæ enim inter se comites sunt, caro, seruitus, inquietudo, contentio: Rursum, spiritus, pax, amor, & libertas. Hęc passim inculcat apostolus. Num meliorem religionis magistrum requirimus, præsertim cum huic omnis diuina scriptura concinat? Hoc erat maximum mandatum in lege Mosaica, hoc iterat ac perficit in Euāgelio Christus. Ob hoc potissimum natus ac mortuus est, vt nos doceret nō Iudaizare, sed amare. Post cœnā illam supremam quā solícite, quanto affectu mādāt apostolis suis non de cibo aut potu, sed de charitate mutuo seruanda. Quid aliud docet, imō rogat huius symmystes Ioannes, nisi vt diligamus inuicem? Paulus cum passim (vt dixi) charitatem commendās, tum ad Corinthios scribens, & miraculis, & prophetiæ,

prophetia, & angelorum linguis antepo-  
 nit charitatē. Ne tu mihi ilico charitatem  
 esse dicas, in templo frequentem esse, signis  
 diuorum procumbere, cereolos accende-  
 re, numeratas præculas iterare. Nihil istis  
 opus habet Deus. Charitatem Paulus vocat,  
 ædificare proximum, omnes eiusdem  
 corporis membra ducere, omnes vnum in  
 Christo putare, de fraternis cōmodis, per-  
 inde vt de tuis in domino gaudere, incom-  
 modis mederi, veluti proprijs: mansuete  
 corripere erratē, docere nescientē, erigere  
 lapsum, consolari deiectum, adiuuare la-  
 borantem: subuenire egenti: in summa om-  
 nes opes tuas, omne studium, omnes curas  
 ad hoc referre, vt quàm plurimis profis  
 in Christo, vt quēadmodum ille neq; sibi  
 natus est, neq; sibi vixit, neq; sibi mortuus  
 est, sed totum se donauit vsibus nostris, ita  
 & nos fratrum commoditatibus inservia-  
 mus, nō proprijs. Quod si fieret, nihil esset  
 religiosorum vita, neq; lætius, neque faci-  
 lius, quam nūc cōtrā tristem ferē videmus,  
 & laboriosam, ac Iudaicis superstitionibus  
 plenam, nec ab vllis laicorum vitijs immu-  
 nem, in nonnullis contaminatiorē. Quod  
 hominum genus, si nūc remuisceret Au-  
 gustinus, quo autore vita pleriq; glorian-  
 tur,

*Quid dicit  
 ritas Pau-  
 lo.*

*Vita reli-  
 giosorum  
 tristis.*

tur, profectò ne agnosceret quidem, clamaretq; nihil se minus probaturū fuisse, quam hoc vitas genus: neq; ad superstitionem Iudæorum, sed ad apostolorū regulam, vitendi rationem instituisse. Sed audio iandudum quid mihi respondeant quidā paulò saniores: in minimis vigilādum, ne paulatim defluatur in maiora vitia. Audio & approbo, verum non paulò magis aduigilandum, ne sic inhaereas minimis, vt à maximis penitus excidas: Ibi periculum euidētius, sed hic grauius: ita Seyllam fugito, ne in Charybdim incidas. Ista facere salutare est, sed eis inniti perniciosum. Paulus non te vetat elementis vtī, sed seruire non vult elemētis eū, qui libet est in Christo. Non damnat legem factorum, sed si quæ ea legitime vtatur. Sine his fortasse pius non eris, sed non ista te pium faciunt. Conducent ad pietatem, ita si quidē in hoc vtare. Sin frui cœperis, pietatem omnē semel extinguunt. Apostolus contemnit opera Abrahæ, quæ summa fuisse nemo nescit, & in tuis confidis? Deus auersatur victimas & sabbata, & neomenias populi sui, quorum omnium ipse fuerat autor. An audebis tuas obseruariūculas, cum diuinæ legis præceptis conferre? Audi tamē ad ista nau-

seantem

leantem ac stomachantem Deum: *Quod monias De*  
 mihi multitudinem victimarum vestrarū? *us man-*  
 plenus sum. holocausta arietū, & adipem *seat.*  
 pinguium, & sanguinem vitulorum, & a-  
 gnorum, & hircorum nolui. Cum vene-  
 ritis ante conspectum meum, quis quæsiuit  
 hæc de manibus vestris, vt ambularetis in  
 atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificium  
 frustra incensum, abominatio est mihi. Neo-  
 meniam & sabbatum, & festiuitates alias  
 non feram. Iniqui sunt coetus vestri, Ca-  
 lendas vestras, & solennitates vestras odi-  
 uit anima mea. Facta sunt mihi molesta,  
 laboraui sustinens. Et cū extenderitis ma-  
 nus vestras, auertam oculos meos à vobis,  
 & cum multiplicaueritis oratiões vestras,  
 non exaudiam vos. Non ne cum obserua-  
 tiones & ritus sacrorum cōmemorat, tum  
 multiplicatas orationes, tanquam digito  
 notat eos, qui religionem numero psal-  
 morum, aut precum metiuntur. Attende  
 & illa, quàm mire diuinum fastidium pro-  
 pheta facundus exaggerat, vt iam nec au-  
 ribus, nec oculis ferre potuerit. Quæ tan-  
 dem obsecro? nimirum quæ ipse tanta re-  
 ligione seruanda tradiderat, quæ tanta ve-  
 neratione, tot seculis fuerat à regibus san-  
 ctis & prophetis obseruata. Et hæc dete-  
 k 3 statur.

statur adhuc in lege carnali, & tu tuis do-  
mi tibi natis obseruatiunculis fidis in lege  
spiritali? Idem alio loco eundem prophe-  
tam clamare indefinenter, & instar tubæ  
vocem iubet intendere, videlicet in re fe-  
ria & acri reprehensione digna, quæq; fe-  
rè non nisi magna cõtentione ab istis ob-  
tineri queat. Me, inquit, de die in diē qua-  
runt, & scire vias meas volunt, quasi gens  
quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei  
sui non dereliquerit. Rogant me iudicia  
iustitiæ, & appropinquare Deo volunt.

*Ieiunium  
Iudæicū.* Quare ieiunauimus, & non aspexisti, & hu-  
miliauimus animas nostras, & nescisti? Ec-  
cè in die ieiunij vestri inuenitur voluntas  
vestra, & omnes debitores vestros repeti-  
tis: Ecce ad lites & contentiones ieiunatis,  
& percutitis pugno impio. Nolite ieiuna-  
re sicut vsque ad hanc diem, vt audiat in  
excelsis clamor vester. Nunquid tale est  
ieiunium quod elegi, per diē affligere ho-  
minem animam suam? Nunquid contor-  
quere quasi circulum caput suum, & fac-  
cum & cinerē sternere? Nunquid istud vo-  
cabis ieiunium, & diem acceptabilem Do-

*Ex carne  
legis ex-  
eundum.* mino? Sed quid hoc esse dicemus? *damae*  
Deus quod ipse mādarat? minima quid igitur  
tur? sed in carne legis manere, & in te ut

hil



hili confidere, id verò detestatur: proinde utroq; loco quid velit accedere, demōstat: Lauamini, inquit, mūdi estote, auferte malum cogitationū vestrarū de oculis meis. Cum audis mala cogitationum, non ne palam spiritum & internum hominem denotauit? Oculi Domini non vident in manifesto, sed in occulto, neq; secundū visionem oculorū iudicat, neq; secundū auditū aurium arguit. Nescit fatuas virgines, foris expolitas, intrus inanes. Non nouit eos qui labijs dicunt, Domine domine. Deinde admonet vsum vitæ spiritualis, non tam in ceremonijs, quàm in proximi charitate situm esse. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā. Similia subtexuit, & alteri loco de ieiunijs: non ne hoc est magis ieiunium quod ielegi? dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes: dimitte eds qui contracti sunt liberos, & omnes onus dirū pe. Frāge esuriēti panē tuū, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cū videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Quid igitur faciet Christianus? negliget ecclesiæ mandata? contemnet honestas maiorum traditiones? damnabit pias consuetudines? Imò si infirmus est,

*Vite spiri  
tuali v-  
sus.*

*Maiorum  
traditiōes*

seruabit vt necessarias : sin firmus & perfectus, tantò magis obseruabit, ne sua sciētia fratrem offendat infirmum, & occidat eum pro quo mortuus est Christus. Hæc oportet non omittere, sed illa necesse est facere. Non damnantur opera corporalia, sed præferuntur inuisibilia. Non damnatur cultus visibilis, sed non placatur Deus, nisi pietate inuisibili : Spiritus est Deus, & spiritalibus victimis flectitur. Turpè sit Christianis ignorare, quod gentilis quidã poeta non ignorauit: qui de pietate præcipiens: Si Deus (inquit) est animus, nobis vt tarmina dicunt, Hic tibi præcipue sit pura mente colendus. Ne contemnamus autorem, vel Ethnicum, vel minutum. Sententia est magno theologo digna, vt & ego quidem deprehendi, tam intellecta à paucis, quàm à nemine non lecta. Ea verò est huiusmodi. Similia similibus afficiuntur. Tu Deum tauro cæso, aut tureo vapore moueri magnopere credis, quasi corpus esset. Mens est, & quidem purissima, simplicissimaque, proinde potissimum mente pura colendus est. Tu cereum accensum sacrificium putas. At David sacrificium (inquit) Deo spiritus contribulatus. Eccl̃ despexit sanguinem hircorum, aut vitulorum,

*Deum corporeis rebus nō afficitur.*

rum, at cor contritum & humiliatum nō despiciet. Si facis, quod tribuitur oculis hominum, multò magis adhibe, quod requirunt oculi Dei. Religioso cucullo tegitur corpus, quid tum, si mundanam vestem gerit animus? Si nivea tunica velatur homo exterior, sint & interioris hominis vestimenta candida, sicut nix. Silentium agis foris, multò magis cura, ut vacet mens intus. In templo visibili demittis genu corporis: nihil agitur, si in templo pectoris stas erectus cōtra Deum. Veneraris lignum crucis, magis sequere mysterium crucis. Ieiunium agis, & abstines ab ijs, quæ non coinquinant hominem, & non cōtines ab obscenis sermonibus, qui polluūt & tuam, & alienam cōscientiam? Corpori subducitur cibus, & anima filiquis porcorum sese ingurgitat? Exornas ædem saxeam, religioni habes loca sacra: quid refert si templum pectoris, cuius parietem perfodit Ezechiël, abominationibus Aegyptijs prophanatum est? Sabbatum agis foris, & intus omnia vitiorum tumultibus perstrepunt. Non mœchatur corpus, sed auarus es, iam mœchus est animus. Psallis lingua corporeâ, sed intus ausculta, quid dicat animus: Ore benedicis, & corde ma-

k s ledicis.

*Externe re-  
bus inti-  
tima re-  
presentã-  
tur.*

ledicis. Corpore angusta cellula contineris, & cogitatione per totum orbem vagaris. Audis verbū Dei corporeis auribus, magis audias intus. Quid enim dicit propheta? Nisi audieris intus, plorabit anima vestra. Quid autem legis in Evangelio? Ut vidētes nō videāt, & audientes non audiat. Et rursum propheta: Aure audietis, & nō percipietis. Beati igitur qui intus audiunt verbum Dei. Felices, quibus Dominus intus dicit verbū, & saluabuntur anime illorum. Hanc aurem iubetur à David inclinare filia regis illa, cuius omnis decor ab intus in fimbrijs aureis. Denique quid refert mala non facere, quæ affectu concupiscis? Quid refert bona foris agere, quibus diversa sunt intus? An magnū est, quod corpore Hierosolymam adis, cum intra te metipsum sit Sodoma, sit Aegyptus, sit Babylon? Non magnū est carnis calcaneis vestigia calcasse Christi, ac maximum affectu sequi vestigia Christi. Si maximum est contigisse sepulchrum Domini, nō maximū erit exprelsisse mysterium sepulchrae. Accusas apud sacerdotem hominem tua peccata, vide quomodo accuses apud Deum. Nam apud illum accusare intus odisse est. Tu forte sigillis cereis

*Peregrinatio ad loca sancta.*

*Confessio. Delectio peccati.*

creis, aut pecuniola, aut peregrinatio-  
 cula semel elui culpas credis: tota erras  
 via. Intus acceptum est vulnus, intus phar-  
 macū admoueat necesse est. Corruptus  
 est affectus, amasti, quod erat odio dignū,  
 odisti, quod erat amandum. Dulce tibi fuit  
 amarum, & amarum dulce. Nihil moror,  
 quid exhibeas foris: sed si mutatis vicibus,  
 quod modo amabas, odisse fugere, horre-  
 re ceperis, si dulce scit affectui quod mo-  
 do fel sapiebat, atā demū sanitatis argumē-  
 tū accipio. Amavit multūm. Magdalena,  
 & dimissa sunt ei peccata multa. Quō ma-  
 gis Christum amabis, hoc magis oderis  
 tua vitia: nam odium peccati consequitur  
 amorem pietatis, velut ymbra corpus.  
 Malo te semel mores tuos vitiosos intus  
 ac verè odisse, quàm decies verbo tenui  
 detestari apud sacerdotem. Ergo ut quedā  
 exempli gratia resulimus, in toto thea-  
 tromundi huius visibilis, in veterē lege,  
 in noua, in omni mandato ecclesie, de-  
 nique in teipso, atque in omni negotio  
 humano, foris caro quædam est, intus  
 spiritus. In quibus si non ordinem facie-  
 mus præposterum, sed in his quæ viden-  
 tur nō ita multū fiducia pponetes, nisi qua-  
 tenus ad meliora momenti quid adferunt  
 sem

In omni  
 negotio in-  
 tus est spū  
 ritus.

semper ad spiritū & ea quę charitatis sunt, respiciamus, euademus non tristes, vt isti & imbecilles, semper pueri, (vt prouerbio dicitur) animales, ossa arida (vt apud prophetam est) spiritum non habentia, lechargici, stupidi, rixosi, liuidi, susurrões, sed excelsi in Christo, ampli charitate, robusti, & ad vtrinq; fortunam stabiles, ad minima conuiuentes, ad summa enitentes, pleni alacritatis, pleni scientiæ, quã qui reijciunt, eos reijcit & ille scientiarū dominus. Imperitia enim quam ferè comitatur indocilitas, & quam Græci pulchrè vocant *φιλαντία*, sola facit, vt (quod ait Esaias) confidamus in rebus nihili, & loquamur vanitates. Concipiamus laborem, & pariamus iniquitatem: semper seruiamus trepidi atq; humiles ceremonijs Iudaicis. De cuiusmodi loquens Paulus: Testimonium, inquit, perhibeo illis, quod zelum quidem Dei habent, sed non secundū scientiam. Quid autem ignorabant? Nempe quod finis legis Christus, Christus autem spiritus est, charitas est. Apertius aut Esaias miserã & inutilem istorum seruitutem in carne describit. Propterea, inquit, captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã. Et nobiles eius interierūt fame, & mul

*Christus  
finis legis.*

*multitudo eius siti exaruit.* Non mirum quod populus seruit elementis huius mundi, videlicet vulgus inductum, & non nisi de alieno pectore sapiens. Magis mirandum quod religionis Christianæ quasi primates in eadem captiuitate fame intereunt, & siti exarescunt. Quare fame intereunt? quia non didicerunt à Christo frangere panes ordeaceos: siliquam modo asperam circumlingunt, medullam non erunt. Quare siti exarescunt? quia non didicerunt à Mose aquam de spiritali petra elicere. Neque hauerunt de fluminibus quæ de ventre Christi fluunt aquæ viæ. Hoc autem dictum est *de spiritu, non de carne.* Tu igitur mi frater, ne tristibus laboribus non multum promoueas, sed mediocri exercitio, citò gradis & vegetus euadas in Christo, hanc regulam diligenter amplexus, ne velis cum immundis animalibus humi reptare, sed semper alis illis nitens, quas Plato putat in animis amoris calore elicias, denuo pululascere, à corpore ad spiritum, à mundo visibili ad inuisibilem, à litera ad mysterium, à sensibilibus ad intelligibilia, à compositis ad simplicia temetipsum quasi gradibus quibusdam scalæ Iacob erige. Ita ad se propinquanti, vicissim appropinquabit

*Per alas amoris ad spiritum enolandum.*

bit dominus, & si tu pro viribus de tua caligine, sensuumque strepitu conaberis assurgere, occurret ille comode e luce sua inaccessibili, & silentio illo incogitabili, in quo non sensuum tantum omnis tumultus, sed & intelligibilium omnium imagines conticescunt.

*Canon sextus.*

**E**T quoniam ex tempore scribenti aliud ex alio in mentem venit, subtextam & sextam regulam, superioribus quodammodo cognatam, tam necessariam ad salutem vniuersis, quam a paucis curæ habitā. Ea est ut animus ad Christum anhelantis, a vulgi rum factis, tum opinionibus quam maximè dissentiat, nec aliunde quam ab vno Christo, pietatis exemplum petatur. Hoc est enim vnicum archetypum, vnde quisquis vel vnguē discesserit, a recto discedit, atque extra viam currit. Proinde Plato grauiter profectò ut pleraque in posita sua negat eum virtutē constanter tueri posse, qui de turpi atque honesto, nullis certis opinionibus mentē imbuerit. At quando perniciosus est, falsas opinionones de ijs, quæ ad salutē pertinent, animo penitus insidere? Quare hoc vel in primis curandum putat,

*A vulgo  
dissentias.  
Pietatis  
exemplū.*

vt



et custodes illi, quos oportet **omni** turpi-  
 tudine vacare, quam optimas **opiniones** de  
 fugiendis atq; experendis easq; quam **cer-**  
**tissimas** tanquam leges quasdam sanctis-  
**simas** animo insculpāt suo. Quicquid enim  
 persuasione penitus inhefit animo, id quisq;  
 moribus exprimit. Eoq; præcipua Chri-  
 stianorū cura huc intendi deberet, ut pue-  
 ri iam inde ab incunabilis, inter ipsas blan-  
 ditias nutricum, & parentum oscula, inter  
 literatorum manus, persuasiones imbibāt  
 Christo dignas, propterea quod nihil vel  
 altius insidit animo, vel hæret tenacius, q̄  
 quod rudibus (ut inquit Fabius) annis in-  
 ditur. *Procul procul ab auriculis infanti-*  
*libus, amatorix cantuculæ, quas domi fo-*  
*risq; cātillant Christiani, spurciores, quam*  
*vnquam Ethnicorum vulgus receperit.*  
 Non audiant accepta iactura rei matercu-  
 lam *eiulantem*: nō amissa sorore, se mise-  
 ram ac destitutā clamitātem. Non audiāt  
 patrem ignauiam opprobriatē ei, qui ini-  
 iuriam non cum fœnore retulit: nō admi-  
 rantem eos qui rem quocūq; modo fece-  
 runt amplissimā. Ingeniū hominis ad vitia  
*procliue*, perniciosum exēplū sit itim arri-  
 pit, non aliter, quam ignem vicinū naphtha.  
 Quanquam idem hoc nulla non ætate  
 agen

*Pueri chri-*  
*stiani edu-*  
*catio.*

agendum, ut omnes vulgi errores ab ipsis  
 vique radicibus ex animo reuellantur, atq;  
 in eorum locum salutare opinioniones inse-  
 rantur, adeoq; roborentur, ut nullis rebus  
 queant conuelli. Quod qui fecerit, is nullo  
 negotio virtutem suam sponte sequetur, &  
 secus agentes miseratione, non imitatio-  
 ne dignos iudicabit. Huc enim pertinet il-  
 lud à Socrate non absurde dictum, quan-  
 quam ab Aristotele reprehensum, virtutem  
 nihil aliud esse quam scientiam fugiendo-  
 rum atq; expetendorum: non quod non vi-  
 derit discrimen inter cognitionem hone-  
 sti atq; amorem: sed quemadmodum De-  
 mosthenes pronuntiationem primum, se-  
 cundum ac tertium in eloquentia respon-  
 dit esse, videlicet adeo præcipuam partem  
 significans, ut in ea totam esse duceret: ite-  
 dem Socrates agens cum Protagora, ar-  
 gumentis euincit, tantum in omni virtute  
 momenti scientiam adferre, ut peccata non  
 aliunde proficiantur, quam à falsis opi-  
 nionibus. Etenim & qui Christum amat, &  
 qui voluptatem, pecuniam, honorem fal-  
 sum amat, nimirum utriq; dulce, bonum ac  
 pulchrum sequuntur. At hi labuntur inscitia,  
 pro dulci amplectentes, quod est accerbis-  
 simum, pro acerbis fugientes quod est dul-  
 cissimum,

*Virtus  
 sciētia fu-  
 giēdorum  
 atq; expe-  
 tēdorum.*

*Peccatum  
 à falsis o-  
 pinionib<sup>9</sup>*

cūsimū, item pro bono ac lucro sequentes  
 quod merū est detrimentū, pro damno ti-  
 mentes, quod vnicū est lucrum, id pulchrū  
 iudicantes, quod est fœdum, id pudendum  
 opinantes, quod solū est gloriolum. Porro  
 si cui penitus persuasum sit, ac iā veluti ci-  
 bus in animi substantiā sit traiectū, solam  
 virtutem optimam esse, dulcissimam, pul-  
 cherrimā, honestissimam, vtilissimam: con-  
 trā, turpitudinem vnicum esse malum, cru-  
 ciatum, fœdum, erubescendū, damnosum,  
 atq; hæc non opinione populari, sed ipsa  
 natura rerū metiatur, fieri nō potest, vt ea  
 constante persuasione, diu in malis hæreat.  
 Pessimus enim iam olim tū viuendi, tum  
 sentiendi autor vulgus est. Neq; vnquam  
 ita bene actum est cum rebus humanis, vt  
 non pessima placuerint plurimis. caue sic  
 cogites: hoc nemo nō facit: his vestigijs ma-  
 iores mei sunt ingressi: hac in sententia est  
 ille tantus philosophus, tantus theologus:  
 sic viuitur à magnatibus: hoc regium est  
 institutū: hoc & episcopi & pontifices sum-  
 mi faciunt, hi profecto vulgus non sunt:  
 nihil te moueāt ingētia nomina, ego vul-  
 gum non loco, sed pectore metior. *Quid vul-*  
*gus.*  
 suis affectibus, inanes rerum imagines pro  
 | verisai

verissimis rebus admirantur. Non ne pre-  
 postere faciat, si quis non lapidē regulę, sed  
 regulā lapidi conetur applicare? Non ne  
 multo absurdus, si quis non hominum mo-  
 res ad Christum, sed Christum ad hominū  
 vitam laboret inflectere? Nō ideo rectum  
 puta, quia priores, quia maxima pars ho-  
 minum facit, sed ita demū. rectum est,  
 quod fit, si quadrat ad regulam Christi.  
 Imò hoc ipso tibi suspectū quid esse oportet,  
 quod plurimis placet. Pusillus grex est,  
 & erit semper, cui cordi est Christiana sim-  
 plicitas, paupertas, veritas. Pusillus est, sed  
 beatus, quippe cui soli debetur regnum  
 cœlorū. Arcta est via virtutum, & à perpau-  
 cis calcata, sed nō alia ducit ad vitam. Pru-  
 dens ædificator vtrum tandem ab vñta-  
 tissimo, an ab optimo opere petit exem-  
 plum? Pictōres non nisi optimas tabulas  
 sibi proponunt. Exemplum nostrum Chri-  
 stus est, in quo vno omnes insunt beatę vi-  
 uendi rationes: hunc sine exceptione lice-  
 bit imitari. Cæterum in probatis viris, ea-  
 tenus vnūquodq; in exemplū vocare con-  
 ueniet, quatenus respondebit cum archety-  
 po Christi. De vulgo autem Christianorū  
 sic existima nullum vnquam fuisse corru-  
 ptus, ne apud ethnicos. quidem quantum  
 ad opinio.

*Pusillus  
 grex est  
 bonorum.*

*Probati  
 viri imi-  
 tandi qua-  
 tenus.*

ad opiniones de moribus attinet. Cæterū de fide, quid sentiant, viderint ipsi. Hoc certe indubitatisimum est, fidem sine moribus fide dignis, adeò nihil iuuare, vt etiam in cumulum cedat damnationis. Euolue veterum annales, & confer horum temporū mores. quādo vera probitas despectior? quādo sic in pretio habitę diuitiæ vndeūque partæ? Quo vnquā seculo verius illud Horatianum: Scilicet vxorem cum dote fidemq; & amicos. Et genus & formā regina pecunia donat? Et illud eiusdē: Nam genus & virtus, nisi cū re, vilior alga est. Quis iam non serio legit Ironiā illam Satyricā: O ciues, ciues, querenda pecunia primum: Virtus post nummos? Quando luxus solutior? Quādo supra, adulteria vel latius patuerunt, vel impunitiora fuere, vel minus in probro? dum in alijs, suis vitijs indulgēt principes, & quisq; speciosum factu ducit, quicquid in aulicorum mores abiit? Cui non extremum malum ac probrum videtur pauperies? Olim in scortatores, in sordidos, in gloriosos, in admiratores pecuniæ, etiam de plaustris famosa scomata iaciebantur: in spectaculis gentilium, scite notatis vitijs, applaudebatur à vulgo quibus nunc à Christianorū proceribus male

I 2      laudatis

*Christiana  
nū vulgus  
corruptis-  
simum.*

*Antiqua  
comædia.*

laudatis applauditur. Non tulerunt theatra Atheniensium histrionam è tragœdia quapiam Euripidis cantâtem verba cuiusdam auari, vnam pecuniam reliquis humanæ vitæ commodis præferentis: ac plane futurum erat, vt actorem cum tota fabula exploderent, eijcerentq; , ni mox assurgēs poëta, paulisper etiam manere iussisset, ac spectare quorsum admirator ille auri esset euasurus. Quàm multa sunt apud illos exēpla eorum, qui è bene administrata Re-pub. propter honestâ opinionem, nihil in tenuem familiam retulerunt, qui fidem pecunia, qui pudicitiam vita potiolem habuerunt: qui neq; prosperis rebus inolescere, neq; aduersis frangi potuerunt: qui honesta pericula voluptatibus anteposuerunt: qui sola conscientia recti contenti, neq; honores, neq; opes, neq; reliqua fortunę commoda desyderabant? Et, vt ne commemorem Phocionis sanctitatem, Fabricij diuitijs potiolem paupertatem, Camilli magnanimitatem, Bruti seueritatem, Pythagorę pudicitiam, Socratis inexpugnabilem continentiam, Catonis integritatem, ac mille pulcherrima omnium virtutum decora, quæ passim in Lacedæmoniorum, in Persarum, in Atheniensium, in Romano-

rum

rum annalibus leguntur, magno quidem nostro pudore, Diuus Aurelius Augustinus, vt ipse de se in cōmentarijs confessio- num suarū testatur, iam multo priusquā Christum indueret, contēpserat pecuniam pro nihilo habebat honores, gloria non commouebatur, voluptatibus autem vsque adeò frēna negarat, vt homo adolescēs vna muliercula cōtēntus esset, cui & coniugij fidem seruabat. Hos animos, hęc exēpla, inter aulicos, inter ecclesiasticos, addā & inter monachos, non temere quis inuenit. Aut si quis huiusmodi extiterit, ilico velut asinus inter simias ostentui ac risui erit, delirus, hebes, hypocrita, rerum imperitus, melancholicus, amens, omnium vna voce dicetur, ac ne homo quidem iudicabitur. Sic Christiani Christi doctrinam veneramus, sic exprimimus, vt nihil vecordius, nihil abiectius, nihil magis pudendum iam vulgo habeatur, quā verè ac toto pectore esse Christianum: quasi aut Christus frustra versatus sit in terra, aut alius sit nunc, quā olim Christianissimus, aut non ex æquo pertineat ad omnes. Ab his igitur volo te roto animo dissentire, & rerum omnium pretia vnus Christi cōmunionē metiri. Quis vulgo non præcla-

Augustini  
continentia.

*Nobilium  
vanitas.* rum autumat, atq; inter præcipua bona ponendum claris maioribus prognatum esse, id quod nobilitatem nominant? Nihil te moueat, cum audis huius seculi prudentes, viros graues, summaq; autoritate præditos, admodum seridè de stemmatu gradibus, adductis supercilijs, tanquam de re vehementer ardua differentes; & magno conatu magnas nugas effutientes, cum vides alios sic auorum atq; atatorum imaginibus tumentes, vt reliquos præ se vix homines esse iudicet. Sed horum errorè Democritico risu prosequens, id quod res est reputa, vnicam ac summam esse nobilitatè in Christo renatū esse, illius insitū esse corpori, vnum corpus & vnū spiritū fieri cum Deo. Sint alij regum filij, tibi maximū sit, quod & es, & diceris filius Dei. Illi sibi placeant, quod in aulis principū versentur, tu elige cū Dauid, abiectus esse in domo Dei. Attende quos elegerit Christus, infirmos, stultos, ignobiles secundū mundū. In Adā omnes ignobiles nascimur, in Christo omnes vnū sumus: vera nobilitas est inanem contemnere nobilitatem: vera nobilitas est seruum esse Christi. Hos tibi maiores esse puta, quorum virtutes æmularis. Audi quid in Euangelio dixerit optimus æstimator

*Summano  
bilitas, es  
se in Chri  
sto renata-  
tum.*



mator nobilitatis aduersus Iudæos, qui se  
 iactabant de generis autore Abraham: quali  
 verò autore? non tantū illustri, non solum  
 opulento, nō modo victore rēgum, sed ob  
 diuinas virtutes diuinis ornato præconijs.  
 Quis istud non insigne, nō gloria dignum  
 existimet? Audi quid audierint: vos ex pa-  
 tre diabolo estis, & opera patris vestri faci-  
 ris. En tibi Paulus & ipse ad magistri regu-  
 lam generositatem æstimans: Non enim,  
 inquit, omnes qui ex circumcisione sunt  
 Israël, hi sunt Israëlitæ: neque qui semen  
 sunt Abrahæ, omnes sunt filij. Pudēda igno-  
 bilitas, seruire turpitudini, cum Christo  
 nullam habere cognationem, qui non  
 agnoscit, nisi qui faciunt voluntatem pa-  
 tris sui, qui in cœlis est: Tupiter spurius  
 est, qui patrem habet diabolum: habet au-  
 tem qui illius opera facit, nisi mentitus est  
 Christus: sed non nouit mentiri veritas. su-  
 prema generositas est & filiū, & hæredem  
 esse Dei, fratrem autem & cohæredem  
 esse Christi. illorum insignia quid sibi ve-  
 lint, ipsi viderint. Christianorum insignia  
 sunt communia quidem omnibus, sed tamē  
 illustrissima crux, corona spinea, clauis,  
 lancea, stigmata domini, quæ Paulus in cor-  
 pore suo se gestare gloriatur. De nobilitate

*Diuites nō  
sunt bea-  
ti.*

re: itaq; vides, quantò alia te sentire velim,  
quàm vulgus opinatur. Eum verò qui plu-  
rimum auri domi congressit, quis nō vul-  
go beatum, diuitem, ac felicem vocat? Tu  
sat beatum, imò solum beatum iudica, qui  
Christum, qui summum bonum possidet.  
Qui pretiosam illā margaritā bonę men-  
tis, vel rerum omnium, vel corporis etiam  
dispendio mercatus est. Qui thesaurū inue-  
nit sapientiæ, cunctis opibus pretiosioris:  
qui à Christo ditissimo aurum emit igni-  
tum, probatum, vt locuples fiat. Quid igi-  
tur sunt ista quæ multitudo miratur, aurū  
gemme, prædia? Falso nomine diuitiæ, ve-  
ro spinæ, quæ semē diuini verbi suffocant,  
iuxta parabolam Euangelicam, sarcinæ  
sunt, quibus onusti, nec possunt per arctā  
viam Christum nudū sequi, nec per ostium  
humile intrare in regnum cœlorum. Ne  
pilo quidem temetipsum meliorem puta,  
si vel Midas, vel Cræsos opibus vincas, sed  
illigatiorem, impeditiorem, onustio-  
rem: abunde sat habet, qui ista fortiter potest  
cōtemnere: satis prospectum est ei, cui ni-  
hil defuturum promisit Christus: non esu-  
riet, cui sapit manna verbi diuinis non erit  
nudus, qui Christum induit. Hoc solum  
damnum existima, quociens aliquid de pie-  
tate

tate decessit, & vitijs accreuit: ingens lucrum puta, cum mens accessione virtutis, facta est melior. Nihil tibi deesse puta, cum eum possides, in quo sunt omnia. Quid autem hoc est, quod miseri voluptatem nominant? profecto nihil minus, quam quod dicitur. Quid igitur? mera insania est, & plane (quod Græci dicere solent) Aiacis risus, dulce venenum, blanda pernicies. Vera & vnica voluptas, gaudium est puræ conscientiae: lautissimæ epulæ sunt, studium sanctarum scripturarum: iucundissimæ cantilenæ, psalmi: Spiritus sancti festiuissima societas, communio sanctorum omnium: summæ delitiæ, fructio veri. Tu modo purga oculos, purga aures, purga palatum, & incipiet tibi dulcescere Christus: quo verè gustato, etiâ si Milesij, Sybaritæ, a loti, Epicurei, breuiter vniuersi voluptatum architecti, omnes suas illecebras in vnum conferant, præ vno illo nausea videbuntur. Nō id protinus dulce est quod sapit, sed quod sano sapit. Si febrienti aqua vinum sapit, nemo istud voluptatem nominat, sed morbum. Erras si nō credis pij hominibus longè iucundiores esse suas lachrymas, quam impijs risus, cachinnos, iocosq; suos: non his dulcius esse ieiunium, quam illis attra-

genes,

*Dulce est  
quod sano  
sapit.*

genes, phasides aues, perdices, acipenserēs,  
 aut rhombos suos: horum frugales men-  
 fulas, olusculis & leguminibus Pytagori-  
 cis instructas, non longè lautiores esse  
 quàm istorum sumptuosa fastidia. Deniq;  
 vera voluptas est amorē Christi falsis deli-  
 tijs nō sollicitari. Iam amoris & odij voca-  
 bulis vide quàm mundus abutatur. Cum a-  
 dolescens insanus puellam deperit, id vul-  
 gus amorem appellat, cum nullum verius  
 sit odiū. Verus amor vel suo dispendio cō-  
 modis alienis consulere cupit. Ille quō nisi  
 ad suam voluptatem spectat? igitur non il-  
 lam, sed semetipsum amat, quanquam ne  
 se quidem amat: nemo enim alium amare  
 potest, nisi se prius amarit, sed recte: ne-  
 mo quenquam odisse potest, nisi se prius o-  
 derit. Verum bene amare, nonnunquā be-  
 ne odisse est, & recte odisse, amasse est. Er-  
 go qui ob tantillum commodum (vt pu-  
 tat) suum, puellæ blanditijs & muneribus  
 tendit insidias, vt illi quod habet optimum  
 eripiat, integritatem, pudorem, simplicita-  
 tem, bonam mentem, famam, vtrum hic  
 odisse an amare tibi videretur? Profectò nul-  
 lum hoc odio odium atrocius. Cum inepti  
 parentes liberorum vitijs indulgent, vul-  
 go aiunt, Quam tenere hi suos amant fi-  
 lios?

*Indulgē-  
 tia erga fi-  
 lios.*

lioſ? Imò quàm crudeliter oderunt, qui dñi  
 ſuis morem gerunt affectibus, liberorum  
 ſalutem habent neglectui. Quid aliud no-  
 bis precatur hoſtis inuidentiſſimus diabo-  
 lus, quàm vt hic impune peccantes, in eter-  
 num incurramus ſupplicium? Lenem ma-  
 giſtrum, & miſericordem principem vo-  
 cant, qui ſceleribus quibuſdam, vel conni-  
 uet, vel etiam fauet, vt hoc peccent licen-  
 tius, quò impuniti. At quid aliud minatur  
 per prophetam dominus ijs, quos ſua miſe-  
 ricordia putat indignos? Et non viſitabo,  
 inquit, ſuper filias veſtras quãdo fornican-  
 tur, & ſuper nurus veſtras, quãdo adulterã-  
 tur. David vero quid promiſit? Viſitabo,  
 inquit, in virga iniquitates eorum, & in  
 verberibus peccata eorum. Miſericordiam  
 autem meam non diſpergam ab eis. Vides  
 vt in Chriſto nouentur omnia, & rerũ vo-  
 tabula permutentur: qui ſeipſum malè a-  
 mat, is capitaliter odit: qui in ſeſe malè mi-  
 ſericors eſt, is crudeliſſimè ſæuit: bene cu-  
 rare, negligere eſt: bene lædere, prodeſſe  
 eſt: bene perdere, ſeruare eſt. Ipſe tibi  
 curæ eris, ſi carnis deſyderia contempſe-  
 riſ: ſi bene ſæuieris in vitia, hominem be-  
 neficio iuueris: ſi peccatorem occideris,  
 hominem ſeruaueris: ſi perdideris quod  
 fecit

fecit homo, restitueris quod fecit Deus. Age verò iam potentiam & imbecillitatem, fortitudinem & ignauiam quid esse putas error popularis? Non ne potentē nomināt eum, qui quem velit, faciliē queat lædere?

*Potentia  
falsa.*

Quamquam odiosa nimiū potentia est, nocere posse, id quod est istis cum cātharidibus & scorpis, atque ipso adeò diabolo cōmune, videlicet dare malum, Solus Deus verè potens est, qui nocere, nec potest, si velit: nec vult, si possit: quippe cuius natura est benefacere. Sed potens iste quomodo tandem lædet hominē? Eripiet pecuniam, pulsabit corpus, adimet vitā? Si pio homini id facit, beneficium pro maleficio dedit: sin improbo, hic occasionem quidem administrauit, sed ille ipse sibi nocuit. Nemo

*Alteri lædens  
sibi nocet.*

enim nisi à seipso læditur. Nemo alium parat lædere, nisi longè grauius ipse sese lædat prius. Damnum pecuniæ mihi dare paras, iam tu charitate amissa damnum grauiissimum tibi ipsi dedisti. Non potes mihi vulnus infligere, quin ipse prius vulnus multo atrocius acceperis. Nō adimes mihi vitam corporis, nisi tute tibi prius animam iugularis. At Paulus ad inferendam iniuriam imbecillis, ad ferendam validissimus, non ne gloriatur sese in Christo posse oīa?

Fortem

Fortē & animosum vulgo nomināt eum, qui ferox & impotentis animi, ad quātumvis leuem iniuriam efferuescit iracundia, & conuitium conuitio maleficio maleficio retaliat. Contrā qui acceptam iniuriam musitat ac dissimulat, hunc ignauum, pusillanimum, instrenuum appellitant. Imò quid alienius à magnitudine animi, quàm verbulo dimoueri à statu mentis, & adeò alienam stultitiam non posse contemnere, vt hominem te non putes esse, nisi maleficiū maleficio superaris? At quantò fortius, animo excelso & amplo nullā iniuriā non posse negligere, insuper & pro maleficio beneficium reddere? Non ego fortem dixerim, qui in hostem audeat, qui mœnia superet, qui vita cōtempta, omnibus periculis obijciat caput, id quod est penè gladiatoribus omnibus commune. At animū qui possit vincere, qui ex animo bene velle male volētibus, bene mereri de male merentibus, bene precari male precantibus, huic deniq; debetur cognomen fortis atq; magnanimi. Excutiamus & illud quid mundus gloriam, ignominiam ac pudorē nominet. Laudaris: ob quid? & à quibus? Si ob turpia, & à turpibus, ista vero falsa est gloria, & vera ignominia. Vituperaris, rideris: quā gratia,

*Fortis quis  
vulgo.*

*Gloria  
vera.*

gratia, & à quibus ob pietatem, ob innocē-  
 tiam, utiq; à malis non ista est ignominia,  
 sed nulla verior gloria. Esto sane, vel uni-  
 uersus mundus explodat, exhibetq;, non  
 potest non esse gloriosum, quod approbat  
 Christus. Et si quicquid est mortalium, ap-  
 plaudat atq; acclamet, euge euge, non po-  
 test non esse pudendum, quod Deo displicet.  
 Prudentiam vulgo vocant, rem para-  
 re strenuè, partam probè constabilire, &  
 porrò in posterum prospicere. Sic enim  
 passim & seriò loquentes audimus: Frugi  
 homo est, catus, cordatus, consultus, prouidus,  
 de ijs qui breui rem faciūt lauriorem.  
 Hoc mundus qui & mendax est ipse, & pa-  
 ter eius. At quid dicit veritas? stulte, in-  
 quit, hac nocte reptent à te animā tuam.  
 Expleuerat horrea messibus, instruxerat  
 commeatu omnes apothecas, abūde mul-  
 tum pecuniæ domi condiderat, nihil resta-  
 re putabat, non (quod feræ faciunt) ut cō-  
 gestis opibus inops custos incubaret, quē-  
 admodum draconē vellus aureū seruasse  
 poëtæ fabulantur, sed uti partis frueretur,  
 & tamen hunc stultum appellat Euange-  
 lium. Quid enim stultius, quid vecordius,  
 quàm umbris iuhiantē, res veras amittere,  
 id quod solemus in caue illo Aesopico ride-  
 re: &

*Prudentia  
mundi.*



re: & in Christianorum moribus non magis ridendum est, vel flendum potius? Incallidus mercator habeatur, quæ comicum illud fugerit: Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum: qui præsens lucellum admittat, quod non ignoret ingens dispendium consecuturum. Quanto inconsultius, huic umbraticæ vitæ omnibus horis mutanti, tanta sollicitudine prospicere, quod tamen fuerat suppeditandum à Deo: & in futuram vitam nihil consulere, quæ semper calamitosissimâ exigamus oportet, nisi fuerit ingenti cura prospectum. Alium errorem accipe: solertem & rerum peritum vocant, qui rumusculos omnes captans, nouit toto quid fiat in orbe: quæ fortuna mercatuû, quid Britannorum tyrannus moliat, quid nouatum Romæ, quid ortum in Gallijs, quomodo Dacæ vitent & Scytæ, quid consultant principes: breuiter qui omni de negotio apud omne genus hominum garrere calleat, eum aiunt sapere. Quid autem incogitantius, quid incitius, quàm quæ procul fiant & ad te nihil attinent, ea vestigare: quæ vero in tuo pectore gerantur, & vel sola ad te pertinent, de ijs ne cogitare quidem? Narras mihi tumultus Britannicos, narra magis

gis quid in tuo pectore tumultuentur ira, inuidia, libido, ambitio : quàm propè iam istæ sub iugum missæ sint : quæ spes victoriæ : quanta belli pars profligata : quàm instructa ratio. In his si vigilans, si auritus pariter & oculatus, si sagax, si circumspectus fueris, solertem te pronuntiabo. Atq; illud quod in nos mundus solet iacere, in ipsum retorquebo : Nequicquam sapit, qui sibi nihil sapit. Ad hũc modum si omnes mortaliũ curas, gaudia, spes, metus, studia, sententias excusseris, inuenies plena erroris omnia : dum bonum dicunt malum, & malum bonum, dum dulce faciunt amarũ dulce, lucem faciunt tenebras, & tenebras lucẽ. Et hæc quidem hominũ multo maxima turba est : verum oportet hos simul & cõtemnere, ne similis illorum esse velis, & miserescere, vt eos tui similes fieri cupias, atque ( vt Augustini verbis vtar ) tum flere conuenit irridendos, tum irridere flendos. Noli in malis confirmari huic seculo, sed reformare in nouitate sensus tui, vt probes non quæ mirentur homines, sed quæ sit voluntas Dei bona & bene placens, & perfecta. Periculõ proximus es, planeq; labascis, si circumspectare cõeperis, quid agãt plerique, si captare, quid sentiant. Tu vitæ ac

*Quæ probanda sint.*

tæ ac lucis filius, sepeliât sine mortui mortuos suos, cæci cæcorum duces simul in foueam abeant. Caue quoquam ab exemplari tuo Christo cordis oculos dimoueas: nō errabis, veritatis ductum sequens: non impinges in tenebris, post lumen ambulans: Hoc prælucente, si fucata bona à veris, si vera mala à falsis secreueris: horrebis non imitaberis cæcitatem multitudinis, ad inanisima rerū ludibria, vicibus quibusdam affectionum, iræ, inuidiæ, amoris, odij, spei, metus, gaudij, doloris, quouis Euripo inquietius æstuantis. Bragmani, Cynici, Stoici, mordicus sua dogmata tueri solent, & reclamante mundo, explodentibus, exhibitantibus omnibus, tamen vrgent pertinaces, quod sibi semel persuaserunt. Aude & tu sectæ tuæ decreta penitus in animo figere, aude securus ac totus in autoris tui sententiam pedibus discedere.

*Opiniones Christiano dignæ.*

**H**Aec semper apud te constant veri Christianismi paradoxa, vti ne quis Christianus se sibi natum esse putet, neque sibi velit vivere, sed quicquid habet, aut est, id omne nō sibi tribuat, sed Deo autori ferat acceptū: omnia sua bona omnibus extimet

*Christia-  
nus nō si-  
bi natus.*

stimet esse cōmunia. Proprietatem Christiana charitas nō nouit. Pios amet ī Christo, impios propter Christum, qui nos adhuc inimicos sic dilexit prior, vt se totum nobis redimendis impenderit. Illos cōplectatur, quōd boni sint: hos nihilominus, vt bonos reddat. Neminem prorsus hominem oderit, non vtiq; magis, quām fidelis medicus odit ægrotum. Vitijs tantum sit inimicus. Quōd grauior est morbus, eō maiorem curam adhibebit pura charitas. Adulter est, sacrilegus est, Turca est: execretur adulterum, non hominem: Sacrilegum aspernetur, non hominem: Turcam occidat, non hominem. Det operam, vt impius pereat, quem ipse se fecit: sed vt seruetur homo, quem fecit Deus. Omnibus ex animo bene velit, bene precetur, bene faciat. Neq; noceat commeritis, & profit immerentibus. Omnium commodis perinde vt suis aggratuletur. Omnium incommodis, non secus quām suis indoleat. Nimirū hoc est quōd iubet Apostolus, flere cum flentibus, gaudere cū gaudentibus. Imō grauius alienum malum ferat, quām suum. De fraterno bono lætior sit, quām de proprio. Non est Christiani sic cogitare: Quid mihi rei cum isto? albus ater v'c sit, nescio, ignotus

ignotus est, alienus est, nihil vnquam bene de me meritus est: læsit aliquando, nunquã profuit. Nihil horum, tantum memineris, quo merito tibi quæ præstiterit Christus, qui suam in te beneficentiam, non in se, sed in proximo voluit retaliari. Tantum vide, quibus egeat ille, & quid tu possis. Tãtum hoc cogita, Frater est in domino, cohæres in Christo, eiusdem corporis membrum, eodem redemptus sanguine, fidei communitatis socius, ad eandẽ gratiam & felicitatem futuræ vitæ vocatus, quemadmodum dixit Apostolus, Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus dominus, & vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Alienus esse qui potest, qui cũ tibi tã multiplex intercedit vnitatis copula? Apud gentiles momenti non nihil adferant vel ad benevolentiam, vel ad malevolentiam illę rhetorum circumstantiæ. Conciuis est, affinis est, cognatus est: aut contrã, familiaris, amicus, paternus, bene meritus, gratus, honesto loco natus, opulentus, aut secus. In Christo aut nihil sunt, aut iuxta Paulum, vnum & idem sunt hæc omnia. Hoc vnum tibi obseruetur ob oculos, &

satis fit: caro mea est, frater est in Christo: quod in membrum confertur, non ne in vniuersum corpus redundat, atq; inde in caput? Omnes sumus inuicem mēbra: mēbra cohærentia cōstituunt corpus: corporis caput Iesus Christus, Christi caput Deus: tibi fit, singulis fit, Christo fit, Deo fit, quicquid vni cuiuslibet membro fit, seu bene, seu male: hæc omnia vnum sunt, Deus, Christus, corpus & membra. Non recte inter Christianos locum habet illud: Pares cum paribus. & illud: Dissimilitudo mater odij. quorsum enim dissensionum vocabula, vbi tanta est vnitas? Nō sapit Christianismum, quod vulgo aulicus oppidano, rusticus urbano, patricius plebeio, magistratus priuato, diues pauperi, clarus obscuro, potēs imbecilli, Italus Germano, Gallus Britanno, Britannus Scoto, grammaticus theologo, grammatico dialecticus, iurisperito medicus, doctus idiotæ, eloquēs infacundo, cœlebs marito, iuuenis seni, clericus prophano, sacerdos monacho, minor Coletę, Carmelita Iacobitę, & ne omnia discrimina referā, nugatoria in re dissimilis dissimili est iniquior. Vbi charitas quæ & hostem diligit, quando cognomen cōmutatū, quando color vestis nonnihil diuersus, quando cingulus,

gulus, aut calceus, & similia deliramēta hominum, me tibi faciunt inuisum? Quin potius pueriles istas nugas mittimus, & illud quod ad rem pertinet, præ oculis habere consuescimus, quod multis locis inculcat Paulus, omnes nos in Christo capite, vni<sup>o</sup> esse corporis membra, eodem animata spiritu, si tamen in illo viuimus, vt neq; felicioribus membris inuideamus, & imbecillioribus libenter subueniamus. Vt intelligamus nos ipsos accepisse beneficiū, cum beneficium præstitimus proximo, nos lesos, cum nocitum est fratri. Neq; quisquā propriē sibi studeat, sed p̄ sua virili quisq; quod accepit à Deo, in commune conferat, vt illo refluant omnia, vnde fluxerunt, puta à capite. Hoc videlicet est, quod Paulus scribit Corinthijs: Sicut enim, inquit, corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autem mēbra corporis cū sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gētiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de

*Sua quisq;  
cōferat in  
commune.*

corpore? Et si dixerit auris, non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totū corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nūc autem posuit Deus inembra, vnūquodq; eorum in corpore, sicut voluit. Quōd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnū autem corpus. Non potest autē oculus dicere manui, opera tua nō indigeo: aut iterum caput pēdibus, non estis mihi necessarij. Sed multō magis, quæ videntur mēbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorem circūdāmus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatē habēt. Honestā autem nostra nullius egent. Sed Deus tēperauit corpus, ei cui dēerat abūdantiōrē tribuendo honorē, vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicē sollicita sint membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Consimilia scribit Rom. Sicut enim (inquit) in vno corpore multa membra habemus, omnia autē mēbra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habētes dona-

tiones



tiones secundum gratiam, quæ data est nobis, diliterētes. Rursum ad Ephesios: Veritatem autem (inquit) facientes in charitate, crescimus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iūcturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; mēbri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Et alibi iubet inuicē aliorum onera gestare, quoniā sumus inuicem membra. Vide igitur, num ad hoc corpus pertineant, quos passim audis ad hunc modum loquentes: Meares mihi hæreditate obueneri iure, non fraude possideo: cur ea non meo arbitrari vtar, atq; abutar? Cur iisdem inde quicquam, quibus nihil debeo? Profundo, perdo, meum est quod perit, aliorum nihil interest. Membrum tuū rīngitur inedia, & tu ructas perdicum carnes, Frater nudus horret, tibi tantum vestium tineis & carie vitiatur. Tibi mille aureos vnus noctis alea perdidit, dū interim misera quæpiam puella, adingente egestate, pudicitiam suā prostituit, & perit anima, pro qua Christus impēdit animā suam. Tū dicis quid mea? Quod meum est pro meo arbitrio tracto. Et postea isto cum ani-

*Studium  
sui contra  
charitatē*

mo tibi videris Christianus, qui ne homo quidem sis? Audis, in cœtu multorum lædi famam huius atq; illius, tu taces, aut fortè arrides obrectanti. Confutassem, inquis, si quid ad me pertinuissent quæ dicebantur: at nihil mihi cum illo qui lædebatur. Ergo nihil tibi cum corpore, si nihil cum membro. Ne cum capite quidem aliquid, si nihil cum corpore. *Vim vi* (inquiunt) *ius est repellere. Nihil moror, quid leges Imperatoris permittant, hoc demiror, vnde istæ voces in mores Christianorū peruenierint: Nocui, sed lacefsitus. Malui dare malum, quàm in me admittere. Esto, non puniūt leges humanæ, quod indulserūt: At quid facturus est Christus imperator tuus, si suæ legi fraudem feceris, quæ extat apud Matthæum? Ego autem dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuā, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contēdere & tunicā tuā tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo: diligite inimicos vestros: & benefacite his qui oderrunt vos. & orate pro persecutibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solē suum oriri facit*

*Ne vindi-  
ctā expe-  
ctas.*

cit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Respondes, non mihi ista dixit: dixit Apostolis, dixit perfectis. Non ne audisti, ut filij patris vestri sitis? si filius dei non cupis esse, nihil ad te pertinet lex. Quamquam ne bonus quidem est, qui perfectus esse nolit. Accipe & illud, si mercedem non desyderas, nihil ad te mandatum: sequitur enim: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis? quasi dicat, nullam: neque enim istud facere virtus est, sed non facere scelus est: neutri debetur quicquam ubi parrelatum est pari. Audi Paulum magnum Christianarum legum & consultum, & interpretem: Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere: nulli malum pro malo reddentes: si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim: Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis ingeres super caput eius: noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Quid igitur futurum est, inquis, si procacitatem alienam mea lenitate aluero, & veterem ferendo iniuriam inuito nom  
 m s uam?

*Christiana  
no satius  
pati quā  
facere.*

uam? Si potes malū sine tuo malo vel effu-  
gere, vel depellere, nemo te vetat facere:  
sin minus, caue dixeris, facere satius est q̄  
pati: si potes, emēda, vel beneficijs obruēs,  
vel māſuetudine vincēs: sin aliter, præſtat  
alterum perire quā vtrunq; : præſtat te  
patientiz lucro direſcere, quā mutua ta-  
lione mali, malos ambos fieri. Ergo Chri-  
ſtianum decretū ſit, cum omnibus amore,  
māſuetudine, beneficio certare. Cōtentio-  
ne, odio, obtreſtatione, cōtumelia, iniuria,  
vel infimis etiam libenter cedere. Sed in-  
dignus eſt, cui benefiat, cui concedatur. At  
dignū te vt facias, dignus Chriſtus, ad cu-  
ius gratiā ſit. Neq; lædere quenquā volo  
(aiunt) neq; lædi me patiar. imò tu læsus,  
ex animo remitte noxā, cauēs ne quid ſit,  
quod quiſquam tibi remittat. Tam obser-  
uās eſto in vitanda culpa tua, quā facilis  
ad remittendā alienā. Quò maior es, hoc  
te magis magisq; ſummittas, vt omnibus  
in charitate inſeruias. Si claro genere es,  
nō obſcurabunt, ſed decorabunt nobilitate  
generis, mores Chriſto digni. Si doctus  
eſ, hoc modetiſtus imperitorū inſcitiā ſeras  
& emēdes. Hoc fratri plus debes, quò plus  
tibi creditum eſt. Diues eſ, memineris di-  
ſpenſatorem eſſe te, non dominum: ac  
ſolici

solicitus vide, quomodo rem communem tractes. Tu credebas solis monachis indictam esse proprietatem? Indictam paupertatem? Errasti, utrunq; ad omnes Christianos pertinet. Lex te punit, si quid alieni sustuleris: non punit, si tuum fratre egente subtraxeris: at utrunq; punit Christus. Si magistratus es, ne te faciat honor ferociorem, sed onus sollicitior ē. Non gero, inquis, munus ecclesiasticum, nō sum pastor aut episcopus. Demus istud. At num etiam Christianus non es? Ipse vidē, is cuias sis, si ecclesiasticus non es. Adēd Christus in contemptrum venit mundo, ut pulchrum existiment, & regium, nihil cū eo habere commercij: hōc quēq; contemptiorem esse, quō fuerit ille copulatio. An nō audis quotidie ab iratis laicis, atrocis conuitij loco nobis in os iaci, clerici, sacerdotis & monachi vocabula: Idēq; prorsus non alio animo ac voce, quā si incestum aut sacrilegium exprobrarēt. Equidem demiror, cur nō etiam baptismum obijciāt, cur nō etiā cum Saracenis Christi cognomen probri vice impingāt. Si malum clericū, aut indignum sacerdotē dicerent, aut monachum irreligiosum, ferendi erāt, quippe qui mores hominis notarēt, nō virtutis professionem

nem cōtemnerent. Sed qui sibi stupravirginū, res bello raptas : pecuniam alea vel partam, vel perditam, & id genus plurima facinora gloriæ ducūt, in alium verò nihil habent contemptius, aut probrosius, aut magis pudendum, quod obiectent, quàm monachi aut sacerdotis vocabulū, nimirū obscurum non est, quid de Christo sentiāt isti solo nomine Christiani. Non est alius episcoporum, alius magistratū ciuiliū Dominus: eiusdem vices gerūt vtriq; : eidē vtriq; reddenda erit ratio. Si aliò quàm ad illum respicis, vel suscipiēs magistratum, vel gerens, nihil refert si te mundus non vocat symoniacum, ille certē vt symoniacum puniet. Si publicum munus ambis, nō vt pro sis in commune, sed vt priuatim rei tuæ consulas, vt vlciscaris quibus male vis, magistratus tuus latrociniū est apud Deū. Insequeris prædones, nō vt i suum recipiat qui spoliatus est, sed ne non sit apud te, quod apud prædones est. Quantulum quæso inter te & illo interest? nisi fortē, quod illi quidem mercatorū, tu prædonū es prædo. In summa nisi hoc animo geris magistratum, vt paratus sis non dicam rei, sed & capitis iactura, quod iustum est tueri, non approbabit Christus administrationem tuam.

*Prædonū  
prædo.*

tuam. Addam & illud ex Platonis sententia, neminem esse magistratu dignū, qui libēter gerit magistratum. Si princeps es, caue ne te incantent maleficæ illæ assentatorum voces: Dominus es, supra leges liber es, omnia tibi iusta, omnia honesta: tibi licet, quicquid libet: nihil ad te, quæ vulgò dicūtur à sacerdotibus. Imò id tu quod res est existima, vnum omnium esse Dominum Christum Iesum, cuius te quàm similiam esse oportet, quippe cuius vices geris. Huius disciplina nulli præstāda exactius, quàm tibi, à quo seuerius rationem exacturus, quàm ab alijs. Nō protinus ius esse putato, quod vis, sed id tātū velis quod ius est. Quod vlli mortalium turpè futurum erat, id ne tibi quidem putaris honestum. Imò ne illa quidē tibi permitte, quæ vulgò solent condonari. Quod in alijs delictū, in te flagitiū fore puta. Honorē, admirationē, dignitatē, gratiā, auctoritatem, non opes tibi cōciliēt plebeis maiores, sed mores emereantur, popularibus meliores. Non ea discat in te mirari vulgus, quibus illa ipsa facinora inuitantur, in quæ tu quotidie animaduertis. Tolle admirationem diuitiarum, vbi fures, peculatores, sacrilegi, prædones? Tolle admirationē voluptatum,

*Magistra  
tu dignum,  
qui inui-  
tus susci-  
pit.*

*Vita Christi  
iani princi-  
cipis.*

tum, ubi raptores, atque adulteri? Quoties splendidior apud tuos videri vis, ne stultorum oculis opes tuas explices: cum felicior, ne luxum & voluptates ostentes. In te primum discant ista contemnere, discant suspicere virtutem, in pretio habere frugalitatem, applaudere temperantiam, honorem habere modestiam. Ne quid eorum tuis in moribus appareat, quae tui fasces in populi moribus puniunt. Optime recideris maleficia, si materiam maleficiorum, diuitias & voluptates in te non viderint magni fieri. Ne quem vel media de plebe praeter te contempseris. Commune ex aequo pretium est, quo utrique estis redempti. A contemptu te non strepitus ambitionis, non ferocitas, non arma atque satellites vendicent, sed vitae integritas, severitas ac mores ab omnibus populi vitijs incorrupti. Nihil prohibet, in obeundo principatu summum tenere locum & in charitate nullum discernere locum. Hoc principatum esse puta, non opibus praecedere, sed quam plurimum omnibus prodesse.

*Principatus Christi-  
anus.*

Non ea quae publica sunt, in tuum commodum verte, sed quae tua sunt, te: ipsum totum, ad publicam utilitatem effunde. Multa tibi debet populus, at tu illi debes omnia. Ambitiosa nomina, inuicti, sacrosancti,  
maie



maiestatis, etsi coguntur ferre aures, animus certè non agnoscat, sed hæc omnia in Christum, cui soli competunt, referas. Læfæ maiestatis crimē, quod alij tragica voce efferunt, apud te lenissimum sit. Maiestatem principis is verè lædit, qui principis nomine, contra ius, crudeliter, violētè, flagitiose quid facit. Nullius iniuria te minus moueat, quàm quæ priuatim ad te pertinet. Publicam personam esse te memineris, nec oportere nisi de publico cogitare. Si cordatus es reputa tecum, non quantus sis, sed quantū onus humeris sustineas. Et quò maiore in periculo versaris, hòc minus indulge tibi, non à maioribus tuis, aut assentatoribus formam administrandi imperij, sed à Christo petens. Quid enim absurdius, quàm principē Christianum Annibalem, Alexandrum magnum, Cæsarem aut Pompeium sibi proponere? In quibus *ipsis* cū quæsdam virtutes nequeat assequi, ea potissimum imitabitur, quæ sola erant fugiēda. Non protinus in exemplum trahatur, si quid approbāribus historicis fecit Cæsar, sed si quod fecit, non adhorret à doctrina Domini nostri, aut si est eiusmodi, vt quanquam imitandum non est, ad virtutis tamen studium possit accendere.

Ne

*Maximus  
Optimus.*

Ne totum quidem imperium tanti fit, ut prudens velis à recto deflectere: exue potius illud, quàm exuas Christū. Ne dubita, habet ille quod tibi referat pro cōtempo imperio longè melius imperio. Nihil tam decorum, tam magnificū, tam gloriosum regibus, quàm ad summi regis Iesu similitudinem, quàm proxime accedere, qui ut erat maximus, ita & optim<sup>9</sup> erat. Sed quòd maximus esset, id in terris dissimulauit: quòd optimus, id nos sentire maluit, quia hoc nos maluit imitari. Negauit regnū suum de hoc mundo esse, cum esset cœli terręq; dominus. Sed principes gentium dominantur eis. Christianus non exercet potestatem in suos, sed charitatem: & qui maximus est, omnium ministrum se cogitet esse, nō dominum. Quò magis admiror, potestatis & dominij ambiciosa vocabula ad ipsos vsque pontifices summos, & episcopos inuecta fuisse: nec pudere theologos nō minus indocte quàm ambiciose magistros nostros vulgò appellitari, cum vtrunque Christus intetdixerit suis, ne vel dominos, vel magistros vocari se sinerent: vnū enim esse tum magistrum, tum dominum, qui & caput omnium nostrum Christus Iesus. Apostolus, pastor, episcopus, officij sunt

voca

vocabula, non dominatus. Papa, abbas, chā-  
 ritatis cognomina sunt, non potestatis. Sed  
 quid ego mare illud vulgatum errorum  
 ingredior? Ad quodcūq; hominum genus  
 se conuerterit, multa vbiq; videbit homo:  
 vere spiritualis quæ rideat, plura quæ fleat.  
 plurimas opiniones deprehendet deprava-  
 tissimas, & à Christi doctrina longè lateq;  
 dissidentes, quarum bona pars inde profi-  
 ciscitur, quod etiam in Christianismo mun-  
 dum quendam induximus. Et quod apud  
 veteres theologos de mundo legitur, hoc  
 parum eruditi, ad eos referunt qui mona-  
 chi nō sunt. *Mundus in Euāgelio, apud Apo-* *Mundus*  
*stolos, apud Augustinū, Ambrosium, Hic quid sit a-*  
*ronymū dicuntur increduli, à fide alieni, pud vete-*  
*crucis Christi inimici, blasphemiam Deū.* *res.*  
 Qui huiusmodi sunt, solliciti sunt de crasti-  
 no, quippe qui diffidūt de Christo: pro opi-  
 bus, pro imperio, pro voluptatibus digla-  
 dantur, utpote qui sensibiliū rerū præsti-  
 gijs occæcati, falsa bona pro veris ample-  
 ctuntur. Hic enim mundus Christū verum  
 lumen nō cognouit. Hic totus in malo po-  
 situs, se amat, sibi vivit, sibi studet: nō enim  
 iaducit Christum, qui vera charitas est: Ab  
 hoc semouit. Christus non solum Aposto-  
 los, sed omnes quos se dignos iudicauit.

n Quo

Quo tandem igitur modo, hunc semper in-  
 literis damnatum mundum, cum Christia-  
 nismo miscemus? & mundi inani vocabulo  
 nostris vitijs blandimur? Augent hanc pe-  
 stem plerique doctores, adulterantes ver-  
 bam Dei, vt ait Paulus, & ad temporum  
 mores scripturam diuinam trabētes, cum  
 magis conueniat mores ad scripturarum  
 regulam emendari. Nullum autem exitia-  
 lius assentandi genus, quā cum verbis  
 Euangelicis, aut propheticis, animi mor-  
 bis blandimur, non medemur. Audit prin-  
 ceptus: Omnis potestas à Deo, protinus sur-  
 gunt cristæ: cur magis tumidum te reddit  
 scriptura, quā sollicitum? cogitas quod  
 Deus tradidit tibi gerendum imperiū, &  
 nō cogitas quod idem gesti imperij exigit  
 rationem. Audit auarus, interdictum Chri-  
 stianis, ne binas habeant tunicas: interpre-  
 tatur theologus, alteram tunicā esse quic-  
 quid necessitati naturę supersit, & quod ad  
 morbū cupiditatis pertineat. Bene habet,  
 inquit Crassus ille, mihi adhuc plurima de-  
 sunt. Audit animalis & à charitate frigidus,  
 hunc esse charitatis ordinē, vt tuam pecu-  
 niam alienæ, tuam vitam alienæ, tuā famā  
 alienæ anteponas. Nō dabo, inquit, igitur,  
 ne fortè mihi ipsi desit. Non tuebor illius  
 famam,

*Ordo cha-  
 ritatis.*

famā, ne quid maculæ meæ aspergatur fa-  
 me. Fratrem in periculo deseram, ne veniam  
 & ipse in periculum, breuiter mihi uiuam  
 totus, ne quid vltius nomine ad me perue-  
 niat incommodi. Didicim⁹ & à sanctis viris,  
 si quid non imitandū fecerunt, id solū in vi-  
 tæ exēplū trahere. Adulteri & sanguinarij  
 Dauid exēplo sibi blādiuntur: qui sacculis  
 inhiāt, diuitem Abraham nobis obijciunt.  
 Principes, quib⁹ pro ludo est passim vitia-  
 re Virgines, Solomonis reginas & concu-  
 binas nobis annumerant. Quorum Deus  
 venter est, Noë ebrietatem prætexunt. In-  
 cessi Loth concubitus præcedunt suæ tur-  
 pitudini: Cur in istos à Christo declinamus  
 oculos? Audeo dicere ne in prophetis qui-  
 dem aut Apostolis imitandū Christianis si  
 quid à Christi doctrina diuaricetur. Quod  
 si sanctos peccatores libet imitari, nō recla-  
 mo; modo totos imitentur: secutus es Da-  
 uid adulterantem, magis sequere pœniten-  
 tem. Expressisti Magdalē peccatricem,  
 exprime & amante multū, exprime lachry-  
 mantem, exprime ad pedes Iesu se se abij-  
 cientem. Persecutus es ecclesiam Dei cum  
 Paulo, peierasti cum Petro, fac & ceruicē  
 porrigas pro pietate cū Paulo, crucē ne re-  
 formides cum Petro. Ideo patitur Deus &

magnos viros in quædam vicia labi, penos  
 lapsi desperemus, sed ita, si quemadmodū  
 socij fuimus errantiū, ita simus & emēdan-  
 tium errata. Nunc illud ipsum quod imi-  
 tandum nō erat, exaggeramus, & quædam  
 rectē ab illis facta deprauamus: aranea-  
 rum instar, tantum si quid inest veneni, exu-  
 gentes; aut salutarē etiam succū nobis ver-  
 tentes in venenum. Quid tibi cum diuite  
 Abraam, cui numisma numē est? quōd ille  
 prouentu fortunæ, Deo rē illius fortunante,  
 ditatus est, idq; in lege carnali: ideo ne-  
 tibi Christiano licet per fas nefasq; vnde-  
 cunq; Græci opes congerere, quas vel ma-  
 le profundas, vel peius domi defodias? Ille  
 diuitijs sponte affluentibus quān non ad-  
 iecerit animū, vel hoc argumēto fit, quōd  
 statim ad iubentis Dei vocem, filium vni-  
 eū mactandū produxit. Quān credis con-  
 tēpisse boum armenta, qui contēpsit & fi-  
 lium? Tu vero nihil aliud somnians quān  
 quæstum, nihil admirans nisi pecuniam, pa-  
 rar? simul atq; inciderit exigui lucelli spes,  
 vel fratrē fallere, vel Christū negligere:  
 simile quiddā tibi putas esse cum Abraam?  
 Simples puellæ filia Loth, cum conspice-  
 rent omnem quaquaversum regionem  
 incendio cōflagrare, hoc vniuersum mun-  
 dum ar-

dum arbitrâtes, quod oculis patebat, neq;  
 vllum iam vsquam mortalium ex tam va-  
 sto incendio superstitem esse præter sese,  
 non turpi, sed pio consilio, patris concubi-  
 tum sutturatz sunt, ne videlicet nullæ ge-  
 neris humani reliquiaz superessent. præter-  
 tim cum adhuc vigeret diuinum præcepta:  
**Crescite & multiplicamini.** Et audebis  
 tuas prodigiosas libidines cum harû puel-  
 larum facto conferre? Imò & coniugium  
 tuum harum incestui non dubitem postha-  
 bere, siquidem in matrimonio non proli-  
 seruis, sed tuæ libidini. Dauid tot egregijs  
 pietatis exéplis editis, semel incidit in adul-  
 terium, obiecta opportunitate, nõ captata:  
 an ab hoc protinus tibi licebit impunè to-  
 tam etatem per alienos thalamos voluta-  
 ti? Petrus semel metu mortis abnegauit  
 Christum, pro quo postea fuerat moritu-  
 rus, num ideo tibi quavis de causa peierare  
 fas erit? Paulus nõ affectu peccauit, sed er-  
 rore lapsus est: admonitus, statim resipuit.  
 Tu prudens, sciens, videns in malis conse-  
 nescis, & Pauli exemplo, tibi ipsi caput de-  
 mulces? Matthæus verbo tantum iussius,  
 nihil contactus, semel totû exiit telonem.  
 Te pecunijs addictum, non tot sanctorum  
 exempla, non toties audita Euāgelia, non

*Augustini  
cōcubina-  
tus excu-  
satur.*

tot conciones auellunt. Dicūt mihi episco-  
pi: Diuus Augustinus duas amicas habuit.  
se legitur: verum ille ethnicus, nos in Chri-  
stianismo educati: ille adolescens, nos cani.  
Egregia collatio, quoniā ille iuuenis ethni-  
cus, ne matrimonij pedicis irretiretur, vnā  
mul erculam vxoris loco habuit, & nō vxo-  
ri, fidem tamē coniugij pręstitit, ideo nobis  
Christianis, senibus, sacerdotib<sup>9</sup>, episcopis,  
minus fœdum erit, per omnia libidinū vo-  
lutastra conspurcari? Actū est de moribus,  
posteaquā vitia virtutum nominibus do-  
nauimus, & ad tuendum mala nostra argu-  
tiores, quā ad emendandū diligentiores  
esse cœpimus: maxime si prauas opiniones  
nostras falso patrocinio diuinarum litera-  
rum alere ac fulcire condidicerimus. Tu  
igitur frater suauissime, in totum contem-  
pto vulgo, cū suis & opinionibus, & factis,  
syncere ac totus Christianā sectam arripe,  
quicquid in hac vita vel horrendum, vel ap-  
petendū obijcitur sensibus, id omne pieta-  
tis amore ex æquo negligēs: vnus Christus  
tibi, satis sit, vnicus autor & recte sentiēdi,  
& beate viuendi. Et hanc quidem meram  
stultitiam amentiamq; mundus existimat,  
sed per hanc placuit Deo saluos facere cre-  
dentes. Feliciter desipit, qui sapit in Chri-  
sto



sto misere desipit, qui Christum non sapit. Verum heus tu, quemadmodū te volo sciret à vulgo dissentire, ita nolo Cynicum quiddam referentem, passim aliorū sententijs, aut factis oblatrare, superciliose damnare, odiose obstruere omnibus, rabiose declamitare in vitam cuiuslibet, ne duo simul mala consciscas: alterū, vt in omnium odiū abeas: alterū, vt inuisus, ne queas quidem vlli prodesse. Esto & tu omnibus omnia, vt omnes Christo iustificas, quoad licet, nō offensa pietate. Foris omnib<sup>9</sup> temet accommoda, vt intus quidem immotum sedeat propositum. Foris autē comitas, affabilitas, facilitas, commoditas alliciat fratrem, quē blande conuenit inuicari ad Christum, nō asperitate deterreri. Deniq; quod sentis, nō tā seuis intonandū verbis, quā morib<sup>9</sup> exprimendū. Neq; rursus sic indulgendum infirmitati vulgi, vt veritatem in loco fortiter riteri nō audeas. Humanitate emendandi sunt homines, non decipiendi.

*Nō passim  
oblatres  
aliorū fa-  
ctis.*

### Canon septimus.

**P**orro si per infantiam & imbecillitate animi nostri, nondum ad ista spiritalia licebit aspirare, nihilo tamen segnius lauda erit opera, vt saltem in proximis

consistamus. Alioqui vera compendiosaq;  
 ad felicitatem via est, si semel totam men-  
 tem ita ad celestium rerum admirationē  
 conuerterimus, ut veluti corpus umbram,  
 ita amor Christi, amor æternorum & ho-  
 nestorum, natura secum adducat fastidium  
 caducorum, & odium rãpiam. Vtranque  
 enim necessariò consequitur alterũ, & al-  
 terum cũ altero vel creſcit, vel decreſcit.  
 Quantum profeceris in amore Christi, tan-  
 tum oderis mundum: quò magis miraberis  
 inuisibilia, hoc magis vileſcent res fluxe ac  
 momentaneæ. Oportet igitur, quod in lite-  
 ris suadet Fabius, idem & in virtutis facere  
 disciplina, ut statim ad optima nitamur.  
 Quod tamen si nostro vitio nõ continget,  
 proximũ est, ut vel humana quadã pruden-  
 tia, a magnis vitijs abſtineamus, nosq; ip-  
 sos (quoad fieri potest) integros diuinę be-  
 neficentię ſeruemus. Nã ut ſaluti propitiũ  
 est corpus exhaustum quidem illud & ina-  
 ne, verum noxijs humoribus liberum, ita  
 mens capacior est diuini muneris, nõdum  
 grauibus culpis inquinata, tamenſi vera vir-  
 tute adhuc vacat. Si imbecilliores ſumus,  
 q̃ ut Apoſtolos, ut martyres, ut virgines  
 imitemur, ſaltem ne cõmittamus, ut ethni-  
 cos in hoc ſtadio videantur præcurrere.

Quorum

Quorum pleriq; cum heq; Deū noſſent,  
 quem vererentur, neq; inferos crederent,  
 quos formidarent; tamen ipſam per ſe tur-  
 pitudinem modis omnibus fugiendam eſſe  
 homini cenſuerūt, adeo vt nonnulli malue-  
 rint ſamæ rei, vitæ deniq; iacturam facere  
 quàm ab honeſto diſcedere. Si per ſe tale  
 quiddam eſt peccatum, vt nullis cōmodis,  
 aut ſi cōmodis propoſitis ſit: admittendū,  
 proſecto Chriſtianum hominem, ſi non  
 Dei, vel iuſticiæ deterret, vel dehortatur be-  
 neficentiæ, ſi non vel ſpes immortalitatis,  
 vel æternæ pœnæ metus reuocat, ſi ne ipſa  
 quidem natus peccati turpitudine retrahit,  
 quæ potuit & gentiliū animos retrahere,  
 ſaltem mille incommoda deterreant, quæ  
 etiam in hac vitā peccantē conſequentur,  
 infamia, diſpendium rei, egeſtas, contēptus  
 & odiū bonorū, anxietas animi, inquietu-  
 do, & ille multo miſerrimus conſciæ mon-  
 tis cruciatus, quem etiam ſi nonnulli in præ-  
 ſentiarū non ſentiūt, ſiue etatis heberudine  
 obſcurati, ſiue peccati voluptate inebriati,  
 tamen ſentient poſterius, & omnino tan-  
 to ſentient infelicius, quanto ſerius. Qua-  
 ro iuvenes potiffimum ſunt admonendi,  
 vt hanc eſſe peccati naturam; malint tot  
 atrocibus credere, quàm infelici experien-  
 tia

ria in semetipfis discere; neq; prius vitam vitij contaminent, quàm planè quid sit vita, cognoverit. Si tibi vilis est Christus, cui tu tanti constas, saltè tua ipsius causa semperato à turpibus. Et quanquam vehementer periculosum est, hoc in statu, velut in trino (quod amant) diutius commemoratamen his qui nondum quoniam ad heroicam assurgere virtutem, non paulò præstabilis est in politica virtute consistere, quàm in omne turpitudinis genus ire precipies. Non hic est felicitatis meta, sed hinc propior ad felicitatem gradus. Interim tamen semper orandus Deus, vt nos ad meliora dignetur arripere.

*A politica virtute gradus est ad salutem.*

### Canon octauus.

**S**I crebrius ac grauius ingruet in te tentationum procella, ne protinus tibi incipias displicere, quasi ob id Deo tuo vel curæ, vel cordi non sis, aut parum prius aut etià minus perfectus. Imò potius gratias age, quod vt futurum hæredè erudit, vt charissimū filium flagellat, vt amicum explorat. Maximum est argumentum, hominè à diuina misericordia reiectum esse, cū nullis tentationibus incessatur. In mentem tibi veniat Paulus apostolus, qui ad

tertij cœli myſteria promeruit admitti, tamē ab angelo Satane colaphizatus. Succurrat amicus Dei Iob, succurrat Hieronymus, Benedictus, Franciscus, cumq; his innumerabiles alij patres, maximis de vitijs sollicitari. Si cum tantis viris, si cum tam multis tibi commune est quod patris, quid est cur animū deicias? Magis enigere, ut cum illis vincas. Non destruet te Deus, & faciet etiam cum tentatione proventum, ut possis sustinere.

*Canon nonus.*

**Q**uod callidi solent imperatores facere, ut in trāquillis etiam rebus, tamen excubias agant, itidem tu quoq; semper animum vigilantem ac circumspēctū ad futurum hostis assaultum habeas: nunquā enim ille non circuit, querens quem deoret: quo paratior esse queas, ut irruentem statim fortiter terundas exibilesq; statim pestiferi serpentis caput conteras. Nusquā enim ille vincitur vel facilius, vel perfectius. Proinde consultissimū est, paruos Babylonis, illico ut nati sunt, ad petram quæ Christus est, allidere, priusquam grādescā.

*Canon decimus.*

*Repel*

Remedia  
contra tē-  
tationem.

**R**epellitur autem maximè tentator his modis, si vehemèter auerferis animo; statimq; in suggerentem velut expuas, aut ardentè ores, aut ad sanctam aliquam occupationem toto pectore te conferas, aut si verbis è sacris literis petis, tētatori respondeas, quemadmodum suprà admonuimus. Qua quidem in re non mediocriter profuerit aduersus omnè tentationis genus, certas quasdā sententias habere paratas, eas maximè; quibus aliquando fēferis animum tuum vehemèter cōmoueri.

*Canon undecimus.*

**P**los homines duplex potissimū habet periculum: alterum, ne in tentatione succumbant; alterum, ne post victoriam in cōsolatione & gaudio spiritali insolescāt. Ut igitur tutus sis non solum à timore nocturno, verum etiam à dæmonio meridiano, facito, ut cum hostis te ad turpiā sollicitat, nō tua ipsius respicias imbecillitatem, sed tantū memineris, te in Christo omnia posse, qui nō apostolis modo, sed & tibi, sed omnibus suis membris etiam iafimis dixit, Confidite, quia ego vici mundum. Rursum cum vel post superatum instigatōrē, vel in pio quopiam opere senseris mētem tuam  
intus

intus arcana quadam voluptate perfunditur, tum etiam atque etiam caveas, ne quid inde tuis meritis arroges, sed totum gratuitæ beneficentiæ Dei seras acceptum. Teque ipsum protinus verbis Pauli reprimas: Quid habes quod non accepisti: & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Itaque aduersus duplex hoc malum, duplex erit remedium, si & in conflictu tuæ virtuti diffusus, ad Christum caput tuum confugas, atque in eius vniciuſque beniuolentia spem omnem vincendi ponas, & in consolatione spiritali, statim gratias agas illi de suo beneficio, tuam indignitatem humiliter agnoscens.

*Canon duodecimus.*

**C**um pugnas cum hoste, non satis tibi, si ictum illius declines aut etiam repellas, nisi fortiter arreptum telum in ipsum autorem retorseris, suomet illum gladio iugulans. Id ita fiet, si ad malum sollicitatus, non solum non pecces, sed hinc tibi arripias occasionem virtutis. Et quemadmodum eleganter fingunt poetae, Herculem obiectis ab irata Iunone periculis animo creuisse atque induruisse, ita idem tu quoque da operam, ut hostis instigationibus non solum peior non fias, sed etiam euadas melior. Sollicitaris ad

*Tentatio  
sua propo-  
si tibi san-  
cti reno-  
uatio.*

ad libidinem, imbecillitatem tuam agnosce, ac plusculum etiam tibi de licitis voluptatibus interdicito, ad castas & pias occupationes apponito non nihil auctarij. Instigaris ad cupiditatem, ad tenacitatem, auge elemosynas. Incitaris ad inanē gloriam, tātō magis demitte te in omnibus. Ita fiet, ut vnaqueq; tētatio sit tibi renouatio quędam sancti propositi tui, & pietatis incrementum. Neq; enim prorsus alia ratio tam efficax conficiendi, profligandiq; hostem nostrum: verebitur enim te denuo prouocare, ne; qui impietatis autor esse gaudet; pietatis ministret occasionem.

*Canon decimustertius.*

**S**emper autem hoc animo, atq; hac spe dimices, quasi ea pugna sit tibi postrema futura, si victor discesseris. Fieri enim potest, ut & istud præmij tuę virtuti largiatur benignitas diuina, ut hostis semel turpiter victus, nūquam postea te repetat, id quod legimus pijs aliquot viris cōtigisse. Nec absurde credit Origenes, vincētibus Christianis minui copias hostium, dum semel fortiter repulsus, nunquam ad hominem sollicitandū reuerti permittitur. Ergo in conflictu aude perpetuā sperare pacem.

At



At rurſū ubi viceris, fic te geras, quaſi mor-  
in prælium rediturus. Sēper enim alia poſt  
aliam expectanda tentatio, neq; vnquam  
diſcedendum ab armis; nunquā relinquen-  
da ſtatio, nunquā remittendæ excubia, do-  
nec in hoc corporis præſidio militam⁹. Sē-  
per illud propheticum in pectore cuiq; ha-  
bendum: Super cuſtodiam meam ſtabo.

*Canon decimusquartus.*

**M**agnopere cauendum, ne quod vi-  
tium, veluti leue cōtemnamus. Nul-  
lus enim hoſtis vicit ſæpius, quā qui fuit  
contemptui. Quā in re non paucos morta-  
lium miſere falli comperio: fallūt enim ſe-  
ipſos, dum ſibi in vno aut altero vitio con-  
nientes, quod pro ſuis quiſq; moribus ve-  
niale putat, reliqua grauitè execratur. Bo-  
na pars eorum, quos vulgus integros & in-  
corruptos appellat, furtum, rapinam, ho-  
miciidium, adulterium, inceſtum oppido  
deſtantur: at ſimplicem fornicationem  
& moderatum voluptatis uſum, vt leue  
commiſſum, neſtquam refugium: alius  
ad reliqua ſat incorruptus, biboſior eſt, in  
luxu intemperantior: alius linguæ licen-  
tior: alius inanior & iactantior. Quo tan-  
dem vitio carebimus, ſi ad hunc mouū ſuo  
quiſq;

quisq; blanditur? Argumentum est, istos se reliquas quidē virtutes verē possidere, quibus vllum vitium placet, sed potius simulachra quēdam virtutum, quę vel natura, vel educatio, vel consuetudo denique & gentilium animis indidit. At qui Christiano odio vnumquodlibet vitium execratur, omnia detestetur necesse est. Cuius animū semel vera charitas occupauit, pari detestatione vniuersam malorū cohortē persequitur, ac ne in venialibus quidē sibi blanditur, ne à minimis sensim ad maxima dilabatur, & dum in tenuibus oscitat, excidat à summis. Etsi nondum forte queas vniuersam vitiorum stirpem euellere, tamē quotidie de malis nostris aliquid decerpendum, bonis moribus semper aliquid adiiciendum. Ad eum modum, decrescet, aut crescet ingens ille cumulus Hesiodius.

*Quotidie aliquid de malis decerpendum.*

### *Canon decimus quintus.*

**S**ite terrabit labor quem oportet in conflictu tentationum subire, hoc erit remedium. Noli molestiam pugnae conferre cum voluptate peccati. Sed presentem amaritudinem pugnae compone cum futura amaritudine peccati, quę vitium cōsequitur, tum presentem dulcedinem

nem culpæ, quæ te illectat, cum futura dulcedine victoriæ, & tranquillitate mentis, quæ consequitur strenuè pugnanti, & non viles, quàm iniqua sit collatio. Verum in hoc fallantur parum cauti, quòd amaritudinem pugnæ cõparant cum delectamento peccati: neq; respiciunt, quid sibi atq; illud consequatur. Consequitur autè victum multo tum grauior, tum diuturnior molestia, quàm vincenti fuerat in congressu futura: victorem item longe maior ac durabilior voluptas, quàm victo fuerit, quæ traxit in culpam. Id quod facitè iudicabit, qui fecerit: utriusq; rei periculum. Verù nemi-  
 nē Christianū oportet vsque adeò ignauū esse, ut cum quotidie succumbat tentationi, non saltem aliquando vel curet experiri, quid sit vincere tetationē. Quòd quò fecerit frequētius, hoc fiet victoria dulcior.

*Experire  
quid sit  
vincere.*

*Canon decimussextus.*

**Q**uòd si quando te contigerit letale vulnus accipere, caue ne protinus obiecto clypeo, relictis armis, hosti te dedas. Id quod animaduerti non paucis accidere, quibus animus natura est imbecillior, & paulatimior, ut semel prostrati desinant reluctari, seseq; totos permittant

*Non despe  
res vict.*

affectibus, neque cogitent de recuperanda  
 libertate. Nihil quàm periculosa est ista  
 pusillanimitas, quæ cum interdum ingenis  
 non pessimis adiuncta sit, tamen ad id quod  
 est omnium pessimũ solet adducere, nem-  
 pe desperationẽ. Aduersus hanc igitur hac  
 regula communienda mens est, ut lapsi in  
 peccatum non solum non desperemus, sed  
 ignavos milites imitemur, quos non raro  
 pudor ignominie, & accepti vulneris do-  
 lor non modo non coniecit in fugã, verum  
 ad fortius, quàm antea, pugnandum acuit  
 redintegratq;. Iudem nos quoq;, simulatq;  
 in capitalem noxam fuimus inducti, ab-  
 eo properem⁹ redire ad cor, & lapsus igno-  
 minia noua virtutis abacritate facere. Fa-  
 cilis vni vulneri medebris, quàm multis  
 facilius recenti, quàm inueterato iam pu-  
 triq;. Animametipsum versiculo illo no-  
 tissimo, quem vsurpasse Demosthenes le-  
 gitur: *Vir fugiens & denuo pugnavit.* Co-  
 gita David prophetam, regem Solomo-  
 nem, Petrum ecclesie principem, Paulum  
 apostolum, tanta lamina sanctimonie, in  
 quæ scelera tamen incidere quos fortas-  
 se vel ob hoc cadere permisit Deus, ne tu  
 lapsus desperares. Erige te igitur in pedes,  
 sed statim magnoq; animo, atq; in pugna  
 redito

redito tum ardentior, tum cautior. Fit interim, ut capitalia commissa pijs hominibus cedant in cumulum pietatis, dū ardentius amant qui turpius errarunt.

*Canon decimusseptimus.*

Sed aduersus alios atq; alios tentatoris incurfus alia atq; alia remedia sunt accommodatiora. At vnicū, multoq; omnium efficacissimum remedium aduersus omne vel aduersitatis, vel tētatiōis genus est *Crus Christi*, quæ eadem est & errantibus exentplum, & laborantibus refrigerium, & pugnantibus armatura: hæc est vna contra omnia tela nequissimi obijcienda. Proinde conuenit in hac diligēter exerceri, nō quidem vulgi more, quo quidā dominicæ passionis historiam quotidie relegūt, aut crucis imaginem adorant, aut millenis signis eius totū vndiq; corpus communiunt, aut fragmentum aliquod sacrati ligni domi seruant, aut ita certis horis supplicium Christi recolunt, ut ei tanquam homini iusto, & indigna patienti, humano affectu condolent atq; illachryment. Nō hic est verus illius arboris fructus, verū interim fit istius lac infantiam animarum: tu vero ascēde in palmā, ut veros illius fructus apprehendas.

*Crus Christi.*

Ij sunt præcipui, si membra capiti, in mortificandis affectibus, quæ sunt membra nostra super terram, conformes esse curemus: Id quod nobis non solum amarum esse nõ debet, verumetiam vehementer optabile ac iucundum, si modo spiritus Christi vivit in nobis. Quis enim verè amat eum, cui quàm dissimilimus esse gaudeat? Verùm quò maiore fructu mysterium crucis mediteris, oportebit vnum quæque sibi rationem, ac piam quandam digladiandi artem parare, & in ea diligenter exerceri, vt simul atq; res poposcerit, in promptu sit. Ea potest esse huiusmodi, vt singulis affectibus tuis crucifigendis, eam crucis partem applices, quæ potissimum respondeat. Nulla est enim omnino vel tentatio, vel aduersitas, quæ non suum ac proprium habet remedium in ea. Veluti cum te titillat ambitio huius mundi, cū pudet ludibrio ac contemptu esse, cogita ò mēbrum infimum, quantum sit Christus caput tuum, & quò se se tua causa deiecerit. Cū incessit animum inuidiæ malum, memento quàm benigne, quàm candidè se totum ille nostris visibus inspenderit, quàm bonus fuerit etiam pessimis. Cū sollicitaris à gula, recale illum felle & aceto potarum. Cū tentaris à voluptate

luptate turpi, recordare quàm tota capi-  
 tus vita ab omni abfuerit voluptate, quàm  
 omnibus incommodis, cruciatibus, ærum-  
 nis plena. Cum irritat ira, succurrat statim  
 ille, qui velut agnus corâ tondente obmu-  
 tuit, & non aperuit os suû. Si te male vrit  
 paupertas, aut habendi cupiditas sollicitat,  
 protinus in mentem veniat ille Dominus  
 vnterior pro te factus egenus, ita vt nõ  
 haberet, vbi inclinaret caput suum. Atque  
 ad eandem rationem si & in reliquis ten-  
 tationibus feceris, nõ solum acerbum nõ  
 erit vim attulisse tuis affectibus, verum  
 etiã dulce, propterea quod intelliges isto  
 modo te conformari capiti tuo, etq; pro  
 suis immensis dolorib; quos tua causa per-  
 tulit, quasi gratiam referre.

*Canon decimus octauus.*

**A**Tq; hoc quidem remedij, quanquã  
 vnum omnium longe presentissimũ  
 est, is qui mediocriter in via vite præces-  
 serunt, tamen infirmitatibus nonnihil pro-  
 fuerint, & illa, si sollicitante ad impietatem  
 affectu, statim ob oculos mentis reuocet,  
 quàm foeda, quàm execranda, quàm exi-  
 tialis res sit peccatum: contra quanta ho-  
 minis dignitas. In futilibus etiam negotijs

paucisper apud nos ipsos cōsultamus, in hac re omnium maxima, priusquā nosmet assensu, veluti chirographo, diabolo astrigimus, nō nostro cum animo reputabimus, à quanto opifice simus conditi, in quā excellenti statu cōstituti, quā immēso pretio redempti, ad quantam felicitatem vocati hominem generosum illud esse animal, cuius vnus gratia mirabile hāc mundi machinam fabricatus est Deus, cōcipientem angelorum, filium Dei, heredem immortalitatis, membrum Christi, membrum ecclesie, corpora nostra templa esse spiritus sancti, mētes simulachra simul & adyta diuinitatis: At è regione peccatū esse pestem terribissimam ac tabem tum animi, tum corporis; vtrūq; enim in naturam speciem reflorescit innocentia peccati vero contagio marcescit vtrūq; etiā in hoc seculo. Peccatum est letale virus spurcissimi serpentis, auctoramentum diaboli, ac seruitutis turpissimę modo, verū etiam miserimę. Hęc atq; huiusmodi vobis tecum expēderis, etiam atq; etiam delibera, num satis cōsultum sit ob fucatam, momentaneam, venenatam peccati delictatunculam, à tanta dignitate in rātam excidere indignitatem, vnde te per te ipsum non queas asserere.

Canon

*Peccatum  
quid.*



## Canon undeuigesimus.

**D**Einde duos illos autores inter se dissimilimos compara, Deum ac diabolum quorum alterum peccando tibi facis inimicum, alterum constituis dominum. Per innocentiam & gratiam ascisceris in numerum amicorum Dei, adoptari in ius & hereditatem filiorum. Per peccatum vero constitueris & seruus & filius diaboli: alter est æternus ille fons, & idea summi pulchri, summæ voluptatis, summi boni, omnibus sese communicans: alter omnium malorum, extremæ turpitudinis, summæ infelicitatis pater: alterius in te beneficia, alterius maleficia recordare: ille qua bonitate te condidit? qua misericordia redemit? qua liberalitate locupletauit? qua lenitate quotidie sustinet delinquētem? qua lætitia recipit resipiscentem? Contra hæc omnia diabolus, quanta inuidentiā iam olim insidiatur salutī tuæ? In quas ærumnas te cōiecit? atque aded quid aliud molitur quotidie, nisi ut vniuersum hominum genus setum in æternum exitium trahat? His omnibus hinc atq; hinc rectè p̄ficulatis, ita tecū cogita: Ego ne oblitus originis meæ, oblitus tantorū beneficiorū,

④ 4

propter

propter tantillum bolum falsæ voluptatis à tam nobili, à tam amate, à sic merito parente desciscam ingratus, & me ultro turpissimo, crudelissimo domino m̄cipabo? Non saltem illi præstabo? quod hominici ni præstarem benè merētū? non illū fugiā, qui hominē fugero malum dare cupiētē?

*Canon uigesimus.*

**N**Eque verò minus inæquale premiū, quam dissimilis autor. Quid enim in æqualius, quam mors æterna, & vita immortalis: quam sine fine summo frui bono in contubernio cœlestium ciuium, & sine fine extremis excruciarī malis in infelicissimo consortio damnatorum? Atque hæc de re qui dubitat, ne homo quidē est, nedū Christian⁹: qui nō cogitat, vel ipsa est amentia amentior. Iam verò præter ista habent & in hac interim vita pietas & impietas fructus suos nimium dissimiles. Ex illa enim meretur secura tranquillitas animi, & beatum illud gaudiū puræ mentis, quod quisquis semel degustarit, nihil tam priusolum, nihil tam voluptarium mundus hic possidet, qui cum velit permutare. Hæc contra, cum mille alia mala, tum miserrius ille cruciatus animi sibi male cōscij consequitur

tur. Illud enim est centuplū spiritualis gaudij, quod Christus pollicitus est in Evangelio velut arram quandam æternæ felicitatis. Hæc sunt illa apud Apostolum miranda munera, quæ neq; oculus vidit, neque auris audiuit, neq; ascenderunt in cor hominis, quæ præparavit Deus diligentibus se, nimirum in hac vita: cum interim vermis impiorum non moritur, & inferos suos iam apud superos patiuntur. Nec alia est flamma, in qua cruciatur dives ille commestor Evangelicus. Nec alia supplicia inferorū, de quibus multa scripsere poëtæ, quam perpetua mentis anxietas, quæ peccandi consuetudinē comitatur. Tollat igitur qui velit futuri seculi tam diuina promissa, habet annexam sibi virtus propter quod abunde debeat expectari: habet adiunctū peccatum, cuius causa debeat horreri.

*Canon ultimus primus.*

**A**D hæc cogita, quam ærūnosa, quam fugax sit vita præsens, quam undique imminens insidiosa mors, quam passim opprimit inopinantes. Et cum nemo vel de momento vita sit securus, quam inges periculum, eam cōperendinare vitam, in qua si te mors subitanea (vt sæpe accidit)

*Vita fragilitas.*

o s depre

deprehenderit, in æternum peristi.

*Canon secundus et uigesimus.*

**T**VM semper erit formidanda impoenitentia, malorum extremum, illud nimirum perpendenti, ex quam multis quam pauci à peccatis verè ac toto pectore resipiscunt, præsertim ijs qui funiculos iniquitatis in extremum usque vitæ protraxerunt. Lubricus quidem & facilis in turpitudinem lapsus, sed hinc reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Proinde vel hirci Aesopici casu admonitus pñtusquam in peccati puteum descendas, cogita non perinde facilem esse reditum.

*Remedia contra specialia quedam vitia, et primum contra libidinem.*

**E**T hæcenus quidam communia aduersum omne vitiorum genus remedia utcumque demonstrauimus. Nunc conabimur & specialim quaedam tradere, quibus modis cuique peccato debeas occurrere, ac primum libidini, quo malo nullum aliud neque prius nos imperit, neque actius urget, neque latius patet, neque plures in exciuita trahit. Si quando igitur foeda li-  
bido

*Arma contra libidinem.*

bido stimulat animam tuam, his armis  
 protinus memeneo occurrere. In primis  
 cogita quàm immitanda, quàm spurca,  
 quàm quovis etiam homine indigna sit  
 ea voluptas, quæ nos divinum plasma non  
 pecudibus modo, verum etiam suis, hir-  
 cis, canibus, & brutorum brutissimis a-  
 nimabus æquet, imò quæ porro infra  
 pecudum conditionem deijciat, qui su-  
 mus ad Angelorum consortia, ad divi-  
 nitatis communionem destinari. Succur-  
 rat ad hæc, quàm eadem sit momenta-  
 nea, quàm insincera, quàm semper plus  
 aloës quàm mellis habens: edinverso quàm  
 generosa res sit anima, quàm sacra res  
 corpus hominis, quemadmodum in su-  
 perioribus regulis ostendimus. Quæ ma-  
 lum, igitur recordia, ob tantillam, tam  
 sedam voluptatis momentaneæ etilla-  
 tionem simul & animum & corpus in-  
 dignis modis polluere? Prophanare tem-  
 plum, quod Christus sibi sanguine suo  
 consecravit? Illud item reputa, blanda  
 pestis quantum malorum agmen secum  
 trahat: ante omnia famam, possessio-  
 nem longè pretiosissimam eripit: nul-  
 lius enim virij rumor spurcius oleæ, quàm *Incōmoda*  
 libidinis: patrimonium, exhaustis *libidinis.*  
 poris

poris. simul & vires, & speciem inter-  
 mit: valitudinem vehementer. lædit &  
 morbos innumerabiles parit, eoque for-  
 dos: iuuentæ ætatem, ante diem deuen-  
 tas: turpem senectam accelerat. iungen-  
 vigorem tollit, modicis ætatem hebetat, &  
 quasi pecuniâ mæritæ ialesit: ab omnibus  
 honestis studiis, semel auocat, hominemque  
 quamvis est, totum como immergit, ut iam  
 nihil nisi sordidū, humile, spurcum libet ac  
 cogitare: & quod hominis erat proprium,  
 eripit rationis usum: infamam atque infamam  
 adolescentiam, odiosam ac turpem, mise-  
 ramque senectam facit. Sapias igitur, & sic  
 nominata vitium, repulsa illa & illa vo-  
 luptas tam male cessit, tantum damni, tan-  
 tum dedecoris, tantum laboris, modorum  
 attulit, & iterum stultissimus hominum vo-  
 rabo prudens iterum committam, cum  
 me deinde pernicet. Item & aliorum exem-  
 plis temet reprime, quos cognoueris tur-  
 piter & infelicitate voluptatem esse fecit-  
 tos: e regione anima teipsum ad continen-  
 tiam exemplis tot adolescentium, tot de-  
 licatarum virginum, & collatis circumsta-  
 tijs, tibi ipsi, ignauiam approbato. Quæ  
 namvis tandem se potestis, quod illi atque illi,  
 eo feruere gratæ, sic nati, sic educati, potue-  
 runt

runt possuntque? pariter ama, nec michis  
 valebis. Cogita quam honesta, quam amo-  
 na; quam florida res sit corporis & animi  
 puritas: hac nos maxime facit familia-  
 res Angelis, spiritus sancti capaces. Etenim  
 à nullo prorsus vicio sic reficit spiritus ille  
 puritatis amator, ut impudicitia: nusquam  
 æquè cõquiescit ac deliciatur, ut in mœ-  
 bus virginis. Propone tibi antè oculos  
 quam indecorum, quam totum hoc insanum  
 sit amare, pallefcere, macerari, lachryma-  
 ri, blandiri, ac turpiter supplicem esse scor-  
 to putidissimo. Occidere ad fores noctur-  
 nae, p̄dere de nutu domine; pati regē mu-  
 lieris, exposulare, irasci, ursum redi-  
 te in gratiam, & vltro te ridendum, pulsan-  
 dū, inutilādū, spoliandū lupæ præbere. Vbi  
 quæ for̄ iater ista viri nomen? Vbi barba?  
 Vbi generosus ille animus: reb⁹ pulcher-  
 rimis natus? Cõsidera: & illud corū, quātū  
 scelerum gregem voluptas admissa soleat  
 adducere. Est alijs vicijs fortasse nonnulla  
 cum quibusdam virtutibus societas, libidi-  
 ni mella, sed cū maximis plurimisque pec-  
 catis semp̄ copulata est. Sit sane leue scor-  
 tari, at grato non audire parentes, negli-  
 gere amicos, prodigere rem patriam, ra-  
 pere alienam, peierare, perposare, lacrima-  
 cinari,

citari, maleficiam fieri, depugnare, homicidium committere, blasphemare: in quæ omnia, & his graviora, domina voluptas te tranſuerſum rapiet, ubi ſemel tuus eſſe deſideri, cuiſq; capitulo os miſerū porre-  
 xeris. Perpende præterea quàm fit hæc vita fumo fugacior, umbra manior: quod lateos nobis ſtruat mors, nullo non loco, nullo nõ tẽpore infidians. Hic nõ medio-  
 eriter profuevit, & nominatim recollere, ſi quos ex tibi quondã notis, ex familiari-  
 bus, ex equalibus, aut etiã nata minoribus, maxime verò ex ijs, quos aliquãdo turpiſſimè voluptatũ participes habueris, mors inopi-  
 natã rapuit. Eſtoque alieno periculo cau-  
 tior. Cogita, quàm dulciter vixerint, ſed quàm amare vita deſuncti ſint, quàm ſerò ſapuerint, quàm ſerò coeperint odiſſe ſua  
 mortifera gaudia. Succurrat extremi iudi-  
 cij ſeueritas, & nõ retractandæ illius ſen-  
 tentiæ metuẽdũ fulmen, in igne æternum  
 mittentis impios, & quòd hæc horaria bre-  
 uisq; & exigua voluptas æternis cruciati-  
 bus luẽda fit. Hoc loco diligẽter lanæbus  
 examina, quàm iniqua fit permutatio pro-  
 turpiſſimo breuiſſimoq; pruritu, & in hæc  
 vita multò dulcius, præſtantiuſq; animigau-  
 diũ perdere, & in futura gaudijs fraudari

peren

*Brenitas  
vita.*

*Extremi  
iudicij ſe-  
ueritas.*



perennibus, insuper nūquam finiedos dolores, tam vno bratili delectatione mer-  
 cari. Porro si durum tibi videatur, rancillū  
 delectamenti pro Christo cōterere, re-  
 cordare, quos cruciatus ille tui charitate  
 suscepit: praeter cōmunes humanae vitae  
 iniurias, quārum sacrosancti sanguinis pro-  
 te effuderit, quā ignominiosam, quā  
 acerbā mortē pro te dependerit, & tu ho-  
 rum omnium immemor, rursūm filium Dei  
 crucifigis, iterans insanas voluptates, quae  
 caput & dominū tuum ad tam diros ade- *Beneficia*  
 gere cruciatus? Tum iuxta superiorē rego *Dei.*  
 lam recole, quāntū ille beneficiorum in te,  
 nihil dū pro meritiū accumularit: pro quib<sup>us</sup>  
 omnibus cū nulla pars gratia repēdi queat,  
 tamen nullam reposeit aliā, quā ut exē-  
 plo ipsius à mortiferis illecebris coërceat  
 animam, & ad summū boni summūq; pul-  
 chri conuertat amorem. Compose inter  
 se duas illas Veneres & duos Cupidines *Due Ven-*  
 Platonicos, hoc est, honestam amorē, & *eres.*  
 foedum, sanctam voluptatem & turpē, cō-  
 fer vtriusq; dissimilem materiam, cōfer na-  
 ruras, cōfer prēmia. Et in omni quidē ten-  
 tatione, maxime verò cū ad libidinis soli-  
 citatis, proponito tibi antē oculos tuos  
 Angelum tui custodem, omnium quae vel  
 facis

facis vel cogitas assiduum spectatorem, ac  
 restam. Deum inspectorem, cuius oculis  
 omnia patent, qui sedet supra caelos, & in-  
 tuetur abyssos. Et reum adeò foedā ut ho-  
 minatione teste facere pudeat, non vere-  
 beris coram Angelo tibi proximo, Deo, et  
 totū, ceterūq; in choro spectante, & execra-  
 re facere. Puta autem, id quod res est, &  
 si tibi oculi essent plusquam Lyncei, plus-  
 quam aquilini: tamen istis non clarissima  
 luce certius conspexeris, quod coram te fa-  
 cit homo, quam omnes animi tui latebrae  
 perspicua sunt Deo, & Angelorum conspe-  
 ctibus. Quin & illud tibi cum animo repu-  
 ta cum libidini cedis, alterum è duobus tu-  
 turum, aut uti semel gustata voluptas sic  
 mentem nam exantet obscuretq;, ut de  
 turpitudine eas in turpitudinē: donec ex-  
 cecatus venias in sensum reprobū, & ob-  
 stinatus in malo, non tum quidem queas vo-  
 luptatē turpē relinquere, cum illa te de-  
 seruit. Id quod plerisq; videmus euenire  
 ut effæto corpore, extincta forma, frigenti-  
 te sanguine, deficientibus viribus, caligan-  
 tibus oculis, tamē adhuc pruriat sine fine,  
 & secleratus turpiloqui sint, quam olim  
 fuerint impudici. Qua re quid esse potest  
 execrabilius, monstruosiusq; alterū, vq; si  
 forte

fortè contigerit te singulari fauore diuino  
 refipiscere, maximo animi dolore, sum-  
 mis laboribus plurimis lachrymis, breuis,  
 illa & fugitiua voluptas expiada sit. Quã-  
 to igitur cõsultius, omnino nõ admittere  
 virus voluptatũ carnaliũ, quã vel in tam  
 deploratam induci cæcitatem, vel tantil-  
 lam eamq; falsam delectatiunculam tan-  
 ta molestia dependere? lam verò & à per-  
 sonæ tuæ circũstantijs multa licebit sume-  
 re, quæ te à voluptatibus auocare queant.  
 Sacerdos es, cogita te totum diuinis rebus  
 consecratum esse. Quã indignum tandè  
 flagitium sit, eo ore, quo corpus illud adõ-  
 randum sumis, putidam scorti carnẽ con-  
 tingere: iisdem mambus, quibus ministran-  
 tibus Angelis, ineffabile illud mysterium  
 peragis, abominandas contrectare sordes.  
 Quã non conueniant, idem corpus, eun-  
 dem spiritum cum Deo fieri, & vnum cor-  
 pus fieri cum meretrice. Si doctus es, tantò  
 generosior, Deoq; similior animus, tantò  
 hac cõtumelia indignior. Si nobilis, si prin-  
 ceps, quantò flagitium conspectius, tantò  
 offendiculum grauius. Si coniugatus, cogi-  
 ta quã honesta res sit thorus immacula-  
 tus, daq; operam, vt (quoad fieri potest)  
 tuum coniugium imitetur sanctissimas  
 P nuptias

Sacerdos.

Doctus.

Nobilis.

Coniuga-  
tus.

nuptias Christi & ecclesiaz, quarum gerit imaginem: id est, ut quàm minimū habeat turpitudinis, plurimū fecunditatis: in nullo enim vitæ statu nō turpissimū est seruire libidini. Si iuuenis es, etiam atq; etiā cōsidera, ne florē tui nunquam rediturū, temere polluas. Ne re foedissima perdas annos optimos, vereq; aureos, qui & fugiunt perniciosissime, & recurrunt nunquā. Ne nūc per inscitiam, & incogitantiam ætatis cōmitta, quod te in omnē vsq; vitā mordeat persequente scelerum cōscientia, & amarissimis illis aculeis, quos fugiens voluptas

*Iuuenis.*

*Mulier.*

*Vir.*

*Senex.*

in animis nostris relinquit. Si mulier, istum sexū nihil magis decet, quàm pudor: si vir, tantò maioribus rebus dignus, & istis tam friuolis idignior: si senex, opta tibi oculos, alienos, ut videas quàm te dedeceat voluptas, quæ in adolescentibus miserāda quidē est & coërcēda, in vetulo verò portentosa, & ipsis quoq; voluptatū sectatoribus deridicula. Inter omnia monstra nullum monstruosius senili libidine. O delire & nimium oblitte tui, saltem ad speculum canos & capitis vines, aratamq; rugis frontem, cadaveriq; similitam faciem contemplant, ac iam capulo proximus alia annis tuis magis consentanea cura. Saltem, quod

quod ratione, decuerat facere, hoc annis  
admonentibus vel cogentibus potius faci-  
to. Ipsa iam te voluptas repellit, Neq; ego,  
inquiens, iam tibi decora, tum, neq; tu mihi  
idoneus: lufisti fatis, edisti fatis atq; bibisti:  
tēpus abire tibi est. Quid adhuc vitæ per-  
premis delicias, cum ipsa etiam te deserat  
vita? iam tempus est, vt aliquando incipiat  
in sinu tuo cubare mystica illa concubina:  
Abylag, ea sancto feruore calfaciat men-  
tem tuam, huius amplexibus frigentia  
membra confoue.

*Epilogus remediorum contra incen-  
tium libidinis.*

Iam verò vt summarim perstringam,  
hæc sunt potissimum, quæ te à carnis  
illecebris tutum reddent: primū occasio-  
num omniū cauta ac diligens fuga. Quod *Occasionū*  
præceptum quanquam in reliquis quoq; *fuga.*  
conuenit obseruari, propterea quod qui pe-  
riculū amat, dignus est qui in illo pereat:  
tamen hæc potissimum sunt illæ Sirenes,  
quas haud ferè quisquā euasit, nisi qui pro-  
cul aufugit. Deinde victus, & somni mo-  
deratio: temperantia à voluptatibus etiam  
permisissis: respectus mortis tuæ, & mor-  
tis Christi contemplatio: iuuabunt & illa,  
¶ 2 si cum

si cum castris, & integris conuixeris, si corruptorum & mollium colloquia, veluti pestem quandam vitaris: si solitudinem ociosam, & ocium ignauū fugeris, sed animum cœlestium rerum meditatione, honestisq; studijs gnauiter exercueris. Maximè verò si sacrarum literarum vestigationi, toto pectore te consecraris: si & frequenter & pure oraueris, maximè irruente tēratione.

*Auersum irritamenta auaritie.*

SI senseris te vel natura propensiorē ad Philargyriæ vitium, vel à diabolo instigari, recale iuxta superiores regulas dignitatem conditionis tuæ, qui ad hoc tantum creatus es, in hoc redemptus, vt summo illo bono semper fruaris: totam verò hanc mundi machinā fabricatus est Deus, vt omnia tuis seruirēt vsibus. Quàm sordidum igitur, quàm angusti animi, non uti, sed tan toperè demirari res mutas & vilissimas. Tolle hominum errorē, quid erit aurum & argentū, nisi terra rubra & alba? Quod nemo gentilium philosophorum nō contempsit, hoc tu pauperis Christi discipulus, & ad longè meliorem possessionem vocatus, vt magnum quiddam admiraberis? Non possidere diuitias sed contemnere diuitias

diuitias magnificū est. Sed reclamatur mihi vulgus nomine tantum Christianorum, & seipsum callidissime gaudet fallere. Ipsa, inquit, necessitas nos hortatur, vt rem faciamus, quæ si fuerit nulla, ne viuere quidem liceat: si contractior, nimis incōmode viuatur: si lautior, vberiorq; plurimū adfert commoditatis. Consultitur valetudini, prospicitur liberis, commodatur amicis; excluditur contemptus, deniq; & fama melior, cum res bene habet. Ex aliquot Christianorum milibus vix vnū atq; alterum inuenias, qui ista non & dicat & sentiat. Verum vt istis ad vtrunq; respondeam, primum quod cupiditatem suam necessitatis nomine prætexunt, obijciam illis vicissim parabolam Evangelicā de liijs, & tribus in diem viuentibus, ad quorum imitationem nos hortatur Christus. Obijciam, quod idē ne peram quidem, aut sacculum suis gestādum permiserit. Obijciam quod nos, reliquis omissis, iubet ante omnia querere regnum dei, & hæc omnia nobis adijcienda promittit. Quando vnquā non supererunt victui necessaria ijs, qui toto pectore pietati studuerūt? Quantum verō est illud, quod a nobis natura flagitat? Aequi tu necessitatem non vsibus naturæ, sed

cupiditatis terminis metiris. Pijs autem & illud satis est, quod naturæ parum est. Quanquam equidem non ita valde miror istos, qui rem vniuersam suam semel reliquant, vt impudentius mēdicent alienam. Non est culpa possidere pecuniam, sed mirari pecuniam, cum vitio coniunctum est. Si affluit, fungere boni dispensatoris officio. Sin eripitur, ne macerare, tanquam rem magna spoliatus, imò gaude tibi detractā sarcinā periculosam. Verūm qui præcipuū vitæ studium in coaceruandis opibus consumit, qui eas vti præclarum quiddam & experendum suspicit, & porro in longū, inq; Nestoris vsque senectam recondit, is fortasse bonus mercator recte dicitur. Bene Christianum equidem non dixerim, qui totus de se pendeat, & de Christi promissis diffidat: cuius bonitas cum passerulos benignè & pascat & vestiat, hominem piū sibiq; fidentem destituet scilicet. Sed iam commoditarum quas adferre creduntur, rationem ineamus. Primū etiam gentium philosophorum cōsensu, inter vtilia bona diuitiæ postremum locum obtineat, & cum iuxta Epicteti partitionem, præter vnā animi virtutem, reliqua omnia extra hominem sint, nihil tamē tam extra nos est

Diuitie  
inter vti-  
lia extre-  
me sunt.



nos est quam pecunia, nihil tam exiguam  
 adfert commoditatem. Etenim si quicquid  
 vsquam est auri, quicquid gemmarum, id  
 omne tu solus possideas, num ideo tua  
 mens fuerit vel pilo melior, num pruden-  
 tior, num doctior? num corporis valetudo  
 prosperior? num valentiolem, formosio-  
 rem, iuniolem reddet? at voluptates parat:  
 verum, sed mortiferas, sed honore conciliat:  
 at, quem tandem? nempe quem falsum tri-  
 buunt ij, qui non nisi stulta mirantur, &  
 quib<sup>9</sup> placuisse, penè vituperari est. Verus  
 honos est laudari à laudatis, summus ho-  
 nos est placuisse Christo: verus honor non  
 opum, sed virtutis est premium. Cedit tibi,  
 suspicit te plebecula: stulte, vestes illi tuas  
 mirantur, non te. Quin tu in te ipsum de-  
 scendis, & animi tui miseram pauperie con-  
 sideras: quam vulgus si videret, tam mise-  
 randum iudicaret, quam nunc beatum præ-  
 dicat. Verum amicos res comparat: fateor,  
 sed falsos, neq; tibi eos comparat, sed sibi.  
 Atq; adeo isto titulo vel infelicissimus est  
 ditus, quod amicos ne dinoscere quidem  
 queat. Alius in sinu odit, vt tenacem: alius  
 inuidet, vt opulentiori: alius ad se spectans  
 assentatur & arridet, vt arrodar: quorum  
 qui est amantissimus, matrem mortem

*Res com-  
 parat ami-  
 cos.*

precat: nemo tam amat, quin mortuum  
 malit quam viuum: nemo tam familiaris, à  
 quo verum audiat. Quòd si maximè fit qui  
 diuitem syncerè diligit, ille tamen non  
 potest quenquam non habere suspectum:  
 omnes vultures iudicat, cadaueri inhiàtes,  
 omnes muscas, ad suum compendium ad-  
 uolantes. Quicquid igitur cõmoditatis vi-  
 dentur adducere, id fere fucatum, vmbra-  
 tum, præstigiolumq; est: at verorũ malo-  
 rum plurimum adferunt, verorum bono-  
 rum plurimum adimunt. Proinde si bene  
 accepti atq; expensi rationem subduxeris,  
 profecto reperies, nunquam tantũ adferre  
 commoditatis, quin nimio plus incommo-  
 dorũ secum trahant: quàm miseris labori-  
 bus parantur, quantis periculis, quãta soli-  
 citudine seruantur, quãto dolore amittun-  
 tur. Quibus de causis & spinas appellat  
 Christus, quòd omnem animi tranquillita-  
 tem, qua nihil homini dulcius, mille curis  
 dilaniant. Neq; vnquã firim sui sedant, ve-  
 rũ magis ac magis irritant. In omne nefas  
 præcipientes agũt. Neq; tibi frustra blandia-  
 re, dicens, nihil prohibet pariter & diuitem  
 esse, & pium. Memẽto quid dixerit veritas:  
 Facilius esse, camelũ transire per foramen  
 acus, quàm diuitem intrare in regnum  
 celorum.

*Diuitem  
 esse et piũ,  
 difficile.*

scelerum. Planeq; verum est illud apud diuum Hieronymum, diuitem hominem, iniqui aut dominum esse, aut hæredem. Ingens opulencia nunquam sine peccato vel paratur, vel seruat. Cogita quãto melioribus opibus te spolient. Odit enim virtutis indolem, odit honestas artes, quisquis admirator est auri. Præterea vnum auaritiæ vitium, idololatRIA nominatur à Paulo, neq; cum vilo, prorsus alio minus conuenit Christo. Nec idem potes & deo seruire & mammonæ.

*Epilogus remediorum contra vitium auaritiæ.*

**D**E fines igitur mirari pecuniam, si vera bona cum falsis, si fucata cõmoda cum veris incommodis diligenter expendis. Si summum illud bonum contempla ri, atq; amare cõdidiceris: quod vnum cum adest, etiam si reliqua omnia defuerint, abunde explet animum hominis, qui capacior est, quàm vt vel vniuersis huius mundi bonis queat satiari. Si crebrò tibi reuocaris ob oculos, qualem te primum terra nascentem exceperit, qualẽ item receptura sit morientẽ. Si semper cogitationi obuersetur tuæ stultus ille. Evangelicus, cui di-

*Nudus venisti, nudus exi-  
bis vitam*

Etū est: Hæc nocte reperant à te animam tuam: & hæc quæ congregasti, cuius erunt? Si mentem à deprauatis vulgi moribus ad Mariæ, Apostolorum, martyrum, maxime Christi capitis tui paupertatem flexeris, semperque væ illud tibi metuendum esse statuas, quod ille diuitibus huius seculi in-  
natus est.

*Contra ambitionem.*

*À sola vir-  
tute ho-  
mor.*

**S**i quando incantamentis suis tentabit animum tuum ambitio, his remedijs eum præmunies. Statim iuxta ea quæ superius tradidimus, hoc mordicus teneto, solū eum honorem esse, qui à vera virtute proficiscitur: quem ipsum tamē oportet interdum fugitare, quemadmodū & sermone, & exēplo nos docuit Christus IESVS. Vnicum autem honorem, & homini Christiano expetendum esse, non ab hominibus, sed à Deo collaudari. Etenim quæ ille cōmendat, vt inquit Apostolus, is demū probatus est. Honor autem si ab homine defertur ob rem inhonestam, utiq; à turpibus, nō honor iste, sed ingens est probrum. Si ob mediam, puta formam, vires, opes, genus, ne tum quidem honor recte dicetur. Nemo enim promeretur honorem ea re, qua non meretur laudari. Si ob honestam,  
honor

honos quidem erit, at nō appetet qui pro-  
 meretur, ipsa nimirum virtute & conscien-  
 tia recti cōtentus. Vide igitur quā deri-  
 diculi sint honores isti, quorum cupidita-  
 te tantopere vulgus æstuat. Primū enim  
 à quibus tandem dantur: nempe ab ijs, qui-  
 bus nullum discriminē honesti atq; inhone-  
 sti: ob quædam æterunq; ob media, nonnunquā  
 ob turpia: cuius indigno. Quisquis igitur ho-  
 norem exhibet, aut metu facit, & vicissim  
 est metuendus: aut ut prodis, & ridet te: aut  
 quia miratur res nihili, nulloq; honore di-  
 gnas, & miserandus est: aut quia te iudicat  
 his rebus ornatum, quibus honos debeat-  
 tur: quod si falsò opinatur, cura ut fias id;  
 quod ille te putat esse: sin verè, omnem ho-  
 norem tuum in eum refer, cui debes & il-  
 la quibus honos tribuitur. Tam non con-  
 uenit tibi arrogare honorem, quā non  
 debes tibi arrogare virtutem. Alioqui quid  
 amentius, quā tui precium de hominū  
 opinione metiri? quibus in manu est  
 simulatq; collubuit, hoc ipsum honoris  
 quod largiūtur, rursus auferre, ac te modo  
 honestatū dehonestare. Proinde nihil stul-  
 tius, q̄ talibus honoribus, vel gestire cum  
 contingunt, vel ringi cum auferūtur: quos  
 veros nō esse, vel hoc intelliges argumen-  
 to,

ro, quòd sunt cum pessimis & sceleratissimis communes. Imò nullis ferè contingūt copiosius, quàm ijs qui sunt veris honoribus indignissimi. Cogita quàm beata tranquillitas modestæ priuatæq; , & ab omnī superbiz strepitu semotæ vitæ: contra, quàm spinosa, quàm plena curarum, periculorum, dolorum, vita potentium. Quàm difficile secundis in rebus, nō obliuisci sui. Quàm arduum, in lubrico stantem, non cadere. Quàm capitalis ex alto ruina. Omnē honorem summo cum onere coniunctum esse. Quàm seuerum iudicium supremi iudicis in eos futurū sit, qui hic sese in honoribus vsurpandis, cæteris anteposuerunt. Etenim qui sese demiserit, ei vt pusillo succurret misericordia. Qui verò sese vti spectatum erigit, is sibi ipsi gratiæ subsidium intercludit. Christi capitis exemplum semper animo inhæreat tuo. Quid illo secundum seculum ignobilius, despectius, inhonoratius? Quàm fugit honores etiam oblatos, qui quouis honore maior erat. Quàm derisit asello sedens. Quàm damnauit palla tectus, & spinis coronatus. Quàm non gloriosam mortē elegit. Sed quem mundus contēpsit, hunc glorificauit pater. Tua gloria sit in cruce Christi, in qua & salus est tua.

*Private  
vita tran-  
quillitas.*

est tua. Quorsum tibi humani honores, si te reijciat, despiciatq; deus, execrentur angeli?

*Contra elationem tumoremq; animi.*

**N**on intumesces animo, si iuxta tristissimum illud adagiū, cognoris te metipsum: id est, si quicquid in te magnū, quicquid pulchrum, quicquid præclarū, id Dei munus, non tuum bonum esse ducas: contra, quicquid humile, quicquid sordidum, quicquid prauum, id totum ad te solum referas. Si memineris, quantis in sordibus cōceptus sis, quātis natus, quān nudus, quān inops, quān brutus, quān miserandus in hāc lucē prorepsis. Corpusculum istud quot vndiq; morbis, quot casib<sup>9</sup>, quot ærumnis expolitum sit. Immanem istum gigantem & immenso turgentem spiritu, quantula res possit repente conficere. Expende & illud, cuiusmodi sit istud, vnde tibi places. Si medium, stultitia est: si turpe, dementia: si honestum, ingratitude. Memineris nullum aliud esse certius stoliditatis insipientiazq; documētum, quān si quis sibi vehementer placeat: præterea, nullum stultitiaz genus esse deploratiu. Si turgescit animus, quod se tibi submittit homin-

cio,

*Cognosce  
te metip-  
sum.*

cio, cogita, quātō maior, quantoq; potentior tuo immineat capiti Deus, qui omnē cervicem elatam deprimit, & omnes colles in plana deducit, qui ne angelo quidem superbienti pepercit. Conducunt & illa, licet leuiora, si te semper componas cū præstantioribus. Places tibi de forma corporis, confer te cum ijs, qui te forma præcedunt. cristas erigit tibi doctrina, ad eos refer oculos, ad quos tu nihil didicisse videaris. Deinde si reputaris, non quantum adsit bonorum, sed quantum desit, & cum Paulo oblitus eorū, quæ à tergo sunt, enitaris ad ea, quæ à fronte restant. Præterea non inscitum fuerit & illud, si afflante superbix vento, mox nostra ipsorum mala vertamus in remediū, quasi venenū veneno pellentes. Id ita fiet, vbi si quod ingens corporis vitium, si quid insignis incōmodi nobis vel fortuna dedit, vel attulit stultitia, quod animum vehemēter mordeat, id ante oculos statuamus, & pavonis exemplo, ea nostri parte nometipos potissimū contemplemur, qua sumus deformatissimi, ita fiet, vt statim subsidant cristæ. Ad hæc præterquam quod non aliud vitium Deo inuisus est, & apud homines ī primis vbiq; odiosa atq; irrita arrogātia, cū con-

hominum

*Arrogantia inuisum vitium.*



trā modestiā & diuinū fauorem cōciliet, & hominum beneuolentiam adglutinet. Ergo, ut summam dicā, duo praeipue prohibebunt à superbia, si cōsideres; quid ipse sis in te; putredo in exortu, uulsa in omni uita, elsa uermium in morte, & quid Christus factus sit pro te.

*Aduersus iram, et uindictae cupiditatē.*

**C**um te vehemens animi dolor ad uisionem extimulat, memineris nihil esse minus iram, quam quod falso imitatur, puta fortitudinē. Nihil enim eque muliebri, nihil tam imbecillis proiectiq; animi, quam uindicta latari. Animosus uideri studes, quod inultam iniuriam nō pateris, at isthoc demum pacto prodis puerilitatē tuam, qui (quod est uiri proprium) animo temperare non queas. Quātō fortius, quātō generosius, alienam stultitiam contēnere, quam imitari? At nocuit, ferox est, insultat. Quō turpior est, hoc magis caue, ne sis illi similis. Quae, malum, uelania est, ut alienam improbitatē ulciscaris, te fieri improbiorem? Si contempseris cōumeliam, intelligent omnes indigno factam. Sin cōmoueare, iam inferētis causam feceris meliorem. Deinde illud reputa quod res est, si quod

*Ira: rex muliebri.*

quod est acceptum incommodum, id ne-  
tquam tolli vindicta, sed propagari. Quis  
enim deniq; finis fuerit mutuarū iniuria-  
rum, si suum quisq; dolor ē perrexit vin-  
dicta retaliare? Crescunt utrinque inimici,  
incrudescit dolor, qui quò inueteratior est,  
hoc nimirum insanabilior. At lenitate, to-  
lerantiaq; sanatur nonnunquam etiam is  
qui fecit iniuriam, & ad se reuersus, ex ini-  
mico fit certissimus amicus. Per ultionem  
verò malum ipsum quod à te cupis depel-  
lere, id in te recipitur, non sine malo  
fœnore. Erit & illud non inefficax iræ re-  
medium, si iuxta superiorem rerum parti-  
tionem consideres, hominem homini non  
posse nocere, si nolit, nisi in his quæ sunt  
extraria bona, nec ad ipsum hominem  
magnopere pertinent. Nam vera animi  
bona solus deus potest eripere, quod non  
solet, nisi ingratiss: solus potest largiri,  
quod non consuevit inimicis & feroci-  
bús. Nemo igitur Christianus læditur,  
nisi à semetipso: nulli nocet iniuria, nisi  
suo auctori. Adiuuant & hæc, tametsi leuio-  
ra, ne dolori mentis obsequare, si commo-  
de collectis rhetorum circumstantijs, pa-  
ritèr & tuum incommodum extenues, &  
alienam eleues iniuriam, his ferme modis:

Læsit,

*Tolerantia  
vini fa-  
pe inin-  
rias.*

Læsit, sed facile resarcietur: tum puer est, rerum imperitus: adolescens, mulier est, alieno fecit instinctu, imprudens, probe potus, æquum est ignoscere. At contra, graviter quidem lægit, sed pater est, frater, præceptor, amicus, vxor. Par est, hoc doloris, illius vel charitati vel autoritati condonari. Aut paria faciens iniuriam cum alijs illius in te beneficijs compensabis, vel cum tuis in illum offensis exæquabis. Hic quidē læsit, sed alijs quàm sepe profuit? Illiberalis est animi, benefactorum obliuisci, iniuriolę meminisse. Nūc me offendit, sed quoties à me offensus? Ignoscam illi, vt mihi, meo exemplo, ignoscat & ipse delinquēti. Porro multo præsentius remedium fuerit, si in peccato hominis in te cogites, quę, quãta quoties tu peccaris in Deum, quàm multis nominibus illi sit obnoxius. Quantum tu remiseris debitori fratri, tantum tibi condonabit Deus. Hanc dissoluendi aris alieni rationem nos docuit creditor ipse. Non recusabit legem, quam ipse statuit. Tu vt à culpis exoluaris Romam cursitas, nauigas ad Diuum Iacobum, emis condonationes amplissimas. Equidem non damno, quod facis, sed vt omnia facias, nulla tamen commodior ratio, quæ post offen-

*Remitte  
debitori.*

sam reconcilieris Deo, quàm si tu offensus  
 reconciliere fratri. Condona leuem cul-  
 pam proximo (leue enim est quicquid ho-  
 mo peccat in hominem) ut tibi tot millia  
 culparum condonet Christus. At durum est,  
 inquis, animum exardescentem compri-  
 mere. Non tibi succurrit, quanto duriora  
 pro te tulerit Christus? Quid eras, cum  
 pro te impenderet animam preciosam?  
 non ne inimicus? *Qua lenitate quotidie te*  
*tolerat, veteres iterantem noxias?* Postre-  
 mò qua mäsuetudine ille pertulit probra,  
 vincula, verbera, deniq; mortem probro-  
 sissimã? Quid te iactas de capite, si non cu-  
 ras esse in corpore? Non eris membrum  
 Christi, nisi sequaris vestigia Christi. Sed  
 indignus est, cui ignoscatur, Ita ne tu di-  
 gnus eras, cui ignosceret Deus? In teipso  
 vis experiri misericordiam: & in fratrem  
 vis exercere seueram iustitiam? Magnum  
 est si peccator ignoscas peccatori, cū Chri-  
 stus pro crucifixoribus suis orauerit pa-  
 trem? Arduum est non referre fratrem,  
 quem iuberis & amare? Durum est non re-  
 mitteri maleficiũ pro quo nisi beneficium  
 retuleris, non hoc etis in cõseruum tuum,  
 quod fuit Christus in seruum suum. Postre-  
 mò si indignus hic, cui beneficium pro ma-  
 leficio

*Indigno  
 ignoscen-  
 dum.*

beneficio rependatur, ac tu dignus qui facias, dignus Christus pro quo sit. Sed veterē ferendo iniuriā, invito nouam: reperet iniuriā si hanc abstulerit impune. Si citra culpam potes vitare, vitā: si mederi, medere: si refarcire, refarci: si sanare furentē, sanari minus, pereat ille solus potius quā tuum. Istum qui se damnū dedisse putat, commiseratione, non pœna dignum putat. Vis cum laude irasci? Irascere vitio, nō homini: Sed quo natura propensior es ad hoc vitij, tantō diligentius te met multō antē prēmunito, semetip̄ hoc decretum penitus animo inculpato tuo, ne quid vnquam vel dicas, vel facias iratus. Nihil tibi credideris commoto. Suspectum habeto, quicquid impetus ille animi dictauerit, etiā si sit honestum. Memineris inter phreneticum, & ira bacchantem nihilo plus interesse, quā inter breuem & perpetuā insaniam. Succurrat quā multa per iram vel dixeris, vel feceris pœnitenda, quæ iam frustra mutata cupias. Proinde cum tibi bilis effervescit, si te non potes illico totum ab ira vindicare, saltem eatenus resipisce, ut te memineris sanum non esse. Hoc meminisse, sanitatis pars est nonnulla. Sic tecum cogita: Nunc quidem ita sum affectus, ac

*Irascere  
vitio.*

*Nihil di-  
cas ira-  
tum.*

paulò pòst multo alia mente fuero. Cur e-  
 go interim dicam in amicum iratus, quod  
 postea placatus mutare non queam? Cur  
 nunc faciam insanus, quod mihi redditus  
 magnopere doleam? Cur non hoc potius  
 à me impetret ratio, cur non impetret pie-  
 tas, demiq; cur non impetret Christus, quod  
 tempus ipsum paulò pòst impetrabit? Ne-  
 mini (opinior) tantum iræ bilis addidit  
 natura, quin saltè hactenus sibi possit im-  
 perare. Optimum autem fuerit, sic institu-  
 to, ratione, assuetudine durare animum, ut  
 omnino non commoueare. Perfectum e-  
 rit, si vitio tantum indignatus, pro contu-  
 melia reponas officium charitatis. Postre-  
 mum & humanæ temperantiæ, ne te to-  
 tum animo permittas. Proximum nõ irasci,  
 Deo similitum est, eoq; pulcherrimum.  
 Malum in bono vincere, est perfectã Chri-  
 sti IESU charitatem æmulari. Iræ pre-  
 mere, frænoq; coërcere, hominis est cor-  
 dati. Indulgere bili, ne hominis quidem est,  
 sed planè ferarum, idq; immitium. Quòd si  
 inuat cognoscere, quàm vehementer sit in-  
 decorum homini ab ira superari, fac sanus  
 cum es, vultum irati contemplerè, aut ipse  
 iratus speculum ad eas. Cum sic flammân-  
 tes ardent oculi, pallent genæ, distorque-  
 tur

Tuò irati  
 vultū con-  
 templerè.

tur os, spumant labia, tremunt membra,  
 fremit vox, non constant sibi gestus, quis  
 te existimet hominem esse? Vides amice  
 suavissime, quàm immensum pateat æquor,  
 de reliquis vitijs consimili modo differen-  
 di. Sed nos medio in cursu vela colligemus,  
 id quod reliquum est tuæ solertiæ relictu-  
 ri. Neq; enim propositi nostri erat, & sanè  
 quàm infinitum fuerit, ita vt cœpimus,  
 singula vitiorum genera singulis quasi  
 declamationibus dissuadere, atque ad his  
 oppositas virtutes adhortari. Tantum vo-  
 lvi, quod tibi satis fore credebam, ra-  
 tionem & artem quandam nouæ militiæ  
 commonstrare, qua te posses aduersus pri-  
 stinæ vitæ repullulantia mala communi-  
 re. Itaq; quod nos in vno atq; altero, exem-  
 pli causa fecimus, id te ipsum oportebit fa-  
 cere, cum in singulis, tum potissimum in  
 his, ad quæ cognoueris te, siue naturæ, siue  
 consuetudinis vitio peculiariter instigari.  
 Aduersus hæc certa quædam decreta in al-  
 bo mentis nostræ describenda sunt, atq; ea  
 ne desuetudine obsolescant, subinde reno-  
 uanda. Veluti contra malum obrectatio-  
 nis, turpiloquij, inuidentiæ, gastrimargiæ,  
 & id genus reliqua. Hi soli sunt hostes mi-  
 litum Christianorū, in quorum assultum,

oratione, sententijs sapientium, dogmatibus diuinæ scripturæ, exemplis piorum hominum, & maxime Christi, multò antè est præmuniendus animus. Hæc omnia tamen non dubitem, quin affatim tibi supeditatura sit sacra lectio, tamen fraternæ charitas nos est adhortata, vt saltè hæc extemporali scriptiuncula, pro mea virili sanctum tuum propositum promouerem

*Quare hæc matutinus scripseris.* adiuuarèq;. Id quòd eò feci maturius, quòd non nihil metuerem, ne in supersticiosum istud religiosorum genus incideres, qui partim quæstui seruentes suo, partim ingenti zelo, sed non secundum scientiam, circumeunt mare & aridam, & sicubi nacti fuerint hominem à vitijs ad meliorem vitam iam resipiscentem, eum illico improbilissimis hortamentis, minacijs, blanditijs in monachatum conantur detrudere, perinde quasi extra cucullam Christianismus non sit. Deinde vbi scrupulis meris & inextricabilibus spinis pectus illius expleuerint, ad humanas quasdam tradiunculas astringunt planè que in Iudaismum quendam præcipitant miserum, ac trepidare docent, non amare. Monachus non est pietas, sed vitæ genus pro suo cuiq; corporis ingenijq; habitu, vel vtile, vel

*Monachus quid.*



vel inutile. Ad quod equidem ut te nō adhortor, ita ne dehortor quidem. Hoc modo cōmoneo, ut pietatē neq; in cibo, neq; in vlla re visibili cōstituas, sed ijs quę tradidimus. In quibuscunq; verò deprehenderis veram imaginē Christi, cum ijs te copula. Porro vbi desunt homines, quorum conuictus te reddat meliorem, abducito te quantum potes ab humano consortio, & Prophetas sanctos, Christū, Apostolos, in colloquium ascisce. In primis autē Paulum tibi facito familiarem: hic tibi semper habendus in sinu, nocturna versandus manu, versandus diurna, postremò & ad verbum ediscendus: in quem nos iam pridem enarrationem magno studio molimur, audax quidem facinus, sed tamen domino auxilio freti sedulò dabimus operam, ne post Originem, Ambrosium, Augustinum, ne post tot recentiores interpretes hunc laborem omninò vel sine causa, vel sine fructu suscepisse videamur. Atque ut intelligant calumniatores quidam, qui summam existimant religionem, nihil bonarum literarum scire, quòd politiorē veterum literaturam per adolescentiam sumus amplexi, quòd vtriusque linguę, Gręcę pariter ac Latine mediocrem cognitionem

*Paulus tibi  
gatur.*

gnitionē non sine multis vigilijs nobis peperimus, nō ad famam inanem aut puerilem animi voluptatem spectasse nos, sed multō antē fuisse p̄meditatos, vt Dominicum templum, quod nōnulli inſcitia barbarieq; ſua nimis dehonestarunt., exoticis opibus pro viribus exornaremus, quibus & generoſa ingenia poſſent ad diuinarū ſcripturarum amorem inflammari. Sed hæc tanta re pauculos dies intermiſſa, hæc laborē tua cauſa aſſumpſimus, vt tibi veluti digito viam, quæ compendio ducit ad Chriſtum, indicarem. Precor autem leſum, iſtius (vti ſpero) propoſiti parentem, vt ſalubribus tuis cœptis benignus aſpirare dignetur, imō vt ſuum in te mutando munus augeat perficiatq;, quo citō grandefcas in eo, & occurras in virū perfectum. In eodem bene vale frater & amice, ſemper quidē animo dilectē meo, at nunc multō quā antehac tum charior, tum incun-  
dior. Apud diui Audomari, Anno à Chriſto nato ſupra miſeſimum quingenteſimo primo.

DES. ERASMI ROTE-  
RODAMI ENCHI-  
ridij Finis.

DES.

# DES. ERAS.

ROTER. ADOLPHO

PRINCIPII VI-

RIENSI.

S. D.



RESSIVS intuēti mihi, non vsquequaque assentandi palpandique vitio receptum videri solet Adolphe suavitissime, vt antiqui-

tus Reges & Imperatores panegyricis solenniter (& quidem in nos) laudarentur. quin potius sic existimo, viros cordatos, rerumq; naturæ atque humani ingenij egregiè prudētes, cū spes nō esset, leoninā illā regij pectoris generositatē, & aurium delicias, vel monētis autoritatē, vel increpātis seueritatē aliquando passuras, publicæ vtilitatis respectu vela vertisse, ac via quidem occultiore, eodem tamen contendisse. Itaq; sub laudationis specie simulachrum quoddam absoluti principis eius velut in tabula depictum repræsentalse, vt ipsi sese ad propositum exēplar exigentes, taciti secū agnoscerent, quantū ab illa laudati principis imagine abessent, ac citrà tū pudorē, tum offensam discerent, quid vitij

q s mutaa

mirandum, quas virtutes præstare oporteret. Eodemq; titulo nō idem ageretur, videlicet; ut boni principes quæ facerent recognoscerēt, mali quæ facere deberent, admonerentur. Nihil igitur erat aliud ista laudatio, quàm delicatū monendi, blādūq; exprobrandi genus, ac planē pharmacū, necessarium quidem illud, sed amarū, coq; melle prælitum. Id quod olim regum Barbarorum violentiæ dabatur, non tam turpiter (ut ego opinor) quàm prudētē. Pueritiæ verò studia, moderatis laudibus atterere, ac veluti crustulis datis, blādus invitare, adeo vitio datum non est, ut à magnis quoq; autoribus præcipiatur. Sed ista quorsum inquis? nimirum huiusmodi præfatūcula visum est adulationis notam deprecari atq; præcludere; cum statuissem hac epistola Paulo ineptius tecum agere, & cum puero te paulisper veluti reperascere. Quanquàm ego te generose Adolphe, ne laudaturus quidē sum, quin magis reipsum tibi tanquam in speculo comonstraturus, ut temet noris, nō autē ut etiā ames simulq; pereas, quæ admodū de Narcisso fabulatur poëta, sed ut etiā atq; etiā intelligas, q̄ magnū nomē sis Deo tuæ felicitatis auctori, quibusq; reb<sup>9</sup> sis nat<sup>9</sup>, & quò tibi sit eluctan

*Laudibus  
alēda stu-  
dia.*

eluctādum, ne cū totum cœlum tibi ar-  
 riserit, tute tibi parum prosper fuisse vi-  
 deare. Hoc profectò sibi volebat (ni fal-  
 lor) speculum illud Socraticū, ad quod vir  
 sapientissimus mittere solebat adolescen-  
 tulos: vt qui se perspexissent corporis &  
 ingenij dotibus, fortunæq; cōmodis ampli-  
 ter cumulatos, vel hoc ipso ad virtutis stu-  
 dium sollicitarentur, cum intelligerem ad  
 tantam naturæ sortem, haud mediocrem  
 industriæ vsuram tum deberi, tum expe-  
 ctari. Ij verò quibus hæc malignius conti-  
 gissent, hoc impensius ad conandum exti-  
 mularentur, quo quod natura videretur  
 diminutum, industria exæquarent. Quan-  
 quàm autem tanta in re cessatio nullam  
 omnino recipiat deprecationē, tamen nō  
 paulò minus reprehendēdi videntur, quo-  
 rum industriæ fortuna quodammodo de-  
 fuit, quàm qui fortunæ desunt ipsi. Tibi ve-  
 rò mi Adolphe, quæcūq; ad perfectā virtu-  
 tem adminicula cœlitus dari possunt, aded  
 sunt affarim suppeditata, vt nisi omnia  
 summa præstiteris, neque forti à Deo cre-  
 ditæ, neq; tuorum expectationi responsu-  
 rus videaris. Primùm enim quid ego refe-  
 ram fortunæ miram in te raramq; indul-  
 gentiam? quæ te vix dum natū, veluti ma-  
 nibus

*Speculum  
Socraticū.*

nibus suis, in summo rerum fastigio collo-  
 cavit. Quæ te ad summâs res non euexit,  
 sed genuit, imò quæ principem florentis-  
 simum, & antequam in lucem ederet, fecit.  
 Quippe quæ tibi genus largita est clarissi-  
 mis utrinq; imaginibus illustre: paternum  
 quidem à Philippo Burgundionum duce,  
 heroë cū quoniam etiâ veterum cõponedo:  
 maternum verò à Borbonica stirpe: id est,  
 Gallorū regibus ductū. Vt omittâ interim  
 rem amplam, ac ditionē luculentâ: ut si eâ  
 affinitates utriusq; sororeulæ sponalibus  
 cum summis proceribus adiunctas, ut ne  
 tibi de matre tam pia gratuler, quæ solici-  
 tudine quadam incredibili te veluti denuo  
 parturit, nihilque putat in vitam eduxisse,  
 nisi & ad virtutem perfectam prouerit:  
 ut ne id quidem recenseam, quòd iam nūc  
 te puellum cum plerique primates aulici,  
 tum clarissimus ipse princeps Philippus  
 certatim fatali quodam fauore studioque  
 prosequuntur, nihil non ausi sibi de tua in-  
 dole polliceri. Illud enim propius ad te p-  
 tinet, de quo non puduit & sapientissimū  
 illum regem gloriari, quòd, ut ille ait, ani-  
 mam sortitus es bonam, quodq; verus ille  
 Prometheus mentem tibi indidit felicissi-  
 mam, istis opibus, isto rerū apice, istis ima-  
 ginibus

ginibus digna: digna isto corpufculo, quod  
 & ipsum architecturae natura veluti virtu-  
 tum arculam quandam omnibus Veneris.  
 & gratiarum muneribus copiosissime per-  
 poliuit, ne scilicet non haberet pulcherrimum  
 domicilium, animus pulcherrimus.  
 Neque verò parui refert, principem uti vir-  
 tutè, ita & corporis specie vulgus antecel-  
 lere, cum videam Vergilianum illud, vel  
 reclamante Seneca, præclaris viris non te-  
 merè placuisse: *Gratior est pulchro venies.* *Notatur*  
*Seneca.*  
 in corpore virtus. Quanquam ille ipse re-  
 tritus philosophus, ac Stoicorū penè dixe-  
 rim Stoicissimus, miraculi loco refert, Cla-  
 ranum quendam suum, cum corpore de-  
 formi esset, ingenio tamè atq; virtute præ-  
 celluisse, & vnius exēplo ratiocinatur egre-  
 giam mentem sub quavis etiam cute la-  
 tere posse; id quod ne Maro quidem negat  
 verùm ait, animi decus cum corporis spe-  
 cie coniunctum: commendatus & gratius  
 esse mortalium oculis. Quis autem vsque-  
 adeò communi sensu caret, ut hoc inficiā-  
 dum putet? Quò magis miror cur homo  
 grauis tam cōtessam poëtæ sententiã scri-  
 pserit errorem sibi videri. Sed omisso Se-  
 neca ad rem redeamus. Poëtæ mirabiles  
 rerū omnium admiratores, diuinis mē-  
 tibus,

ribus, quas utiq; felicissimas videri volunt,  
 corpora tribuit pulcherrima. Cuius sentē-  
 tię ne Platonē quidē ipsum poenituit, cūm  
 sapiētię mysteria poēticiis (ut solet) inuo-  
 lutris obuestiēs, dijs, id est, beatis mētibus,  
 & ab omni terrene sibi contagio pōrro  
 semotis, & currus decoros, & equos ambro-  
 sia nectareq; nitidos attribuit. Homerus  
 autē omniū disciplinarū tanquā Oceanus  
 quidā, Achillē, Vlissēm, Menelaū, & si quos  
 præterea virtute præstantes herōas facit,  
 decentissima quoq; corporis specie finge-  
 re consuevit *θεοειδῆς, καὶ θεῶν ὁμοίωτος*: id est,  
 diuina specie, & Deo similes eos idētidem  
 appellans. Therfici verō ut mentē ignauā,  
 ac degenerem, ita corpus ad portentum  
 vsque deforme affinxit.

*Φολκὸς ἔλω, χολὸς δ' ἔτερον πόδι, τὰ δ' οἱ ὤμω  
 κυρτῶ ἰδι σῆθ' σιωχικότι αὐτὰρ ὑπὸ  
 φρέσιν ἔλω κεφαλῶν φίδην δ' ἐπαρήτοθι  
 λάχνη.*

Quod Maso noster, ut Homeri pleraq;  
 alia, ita hoc quoq; diligenter est emulatus,  
 in Aenea, Iulo, Eurialo, multisque aliis.

*Socrates.* Quin & Socrates philosophorū nō sapiē-  
 tissimus modō, verū etiā incorruptissimus  
 in Phēdro Platonis subobscure quidē, sed  
 nimis



nis q̄ eleganter iuuu, bonū corporis: fi-  
 gurā, bonā mēis aut argumentū esse, aut  
 corū adiūmētū: illud pulchri equi, hanc enī  
 quitis sub nomine depingens ac denotans.  
 Postremō & Aristoteles ipse de corporis  
 & vultus indicijs, pectoris habitū cōiiciē-  
 dum existimauit, idē carnīū mollitudinē,  
 ingenij neuiquam duri iudicauit signū.  
 Postremō fides his desit autoribus, nisi &  
 historiographorum consensu: testatissimū  
 est, Pythagoram, Scipionem Africanum, *Aristote-*  
*lucūque* his innumerabiles qui ob diuinas *les ex in-*  
*quasdam* animi dotes, plusquam homines *dicij cor-*  
*crediti* sunt, venusta decentiq; forma fuis- *porū mem-*  
*se.* Adō videlicet cognatae res sunt, cor- *tē cōiicit.*  
 pus atque anima, vt alterius habitum al-  
 tera sequatur, ac mentis quidem bonitas  
 in ipsa cutis specie reluceat, rursum corpo-  
 ris habitus diuinę (vt ait Flaccus) aurę par-  
 titulam vicissim afficiat, vt quę corpori  
 penitus sit immerfa, atque illigata, velut  
 ostream circumferat. Nam hæc est vna ex  
 pinguibus illis Socratis similitudinibus, in  
 quas iocatur Alcibiades. Sed vereor ne de  
 forma nimis multa. *Quāq̄* ego nequa-  
 quā aut corporis dotes, aut ingenij felicitā-  
 tē sic effero, vt vel eos quib⁹ hęc parci⁹ ob-  
 tigerūt, à virtutis studio deterreā, vel pue-

ro tibi pueriliter blādiar: quinimò vtroq;  
 non ad Narcissi fonticulum, sed ad Socratis  
 speculum adduco, vt & illi hoc acrius  
 excolendo animo studeant, quò minus na-  
 turæ dotibus adiunātur, tuq; cogites quā  
 indignū flagitiū, quāq; absurdum futurū  
 fit, si in tam venusto corpore, mentem in-  
 uenustam atq; incultā esse patiare, ac sub  
 cute nitida, carie fituq; squalcat animus.  
 Tum si commiseris, vt cum tibi natura vi-  
 lissimam tui partem expoliuerit, tu im-  
 mortalem tui portionem negligas hone-  
 stis studijs excolere. Deniq; nihil isto mō-  
 stro puta esse mōstrosius, quā in delica-  
 to scriniolo ἀρσενικόν (vt Græci dicunt)  
 διακοπή, & si magis Cynice dicendum,  
 in gēmata pyxidula cœnā, aut si quid cœ-  
 no spurcius. Proinde mi Adolphe, ne lau-  
 dari quidē te puta, vbi quispiā formosum  
 te, aut generosum, aut bene ingeniātū præ-  
 dicat. Verissimā enim & mordicus tenen-  
 da Epicteti sententia (sicamē senem tam  
 Stoicū aulicæ ferent auriculā) prorsus ex-  
 tra nos esse, nihilq; quicquā ad nos perti-  
 nere quæcūq; à fortuna vel dari possunt,  
 vel eripi. Nondū igitur Adolphum ipsum  
 laudauimus, Dei modo gratuitā in te benē-  
 gnitatē retulimus, imputandā nisi ad foc-  
 nus

nus accommodaris. Porro reliquæ virtu-  
 tes, quæ propriè ad hominis laudem perti-  
 nent, ne possint quidem adhuc in ætate tam  
 senella citra Gnathonismum laudari: Ta-  
 meti tempestiuum earum prouentū à tuo  
 expectamus autumno, neq; falles, opinor,  
 expectantes, quandoquidè isto tam floru-  
 lento verè nos in spem amplissimā erigis:  
 iam iam enim ceu grauidæ turgent in pal-  
 mite genitrix. Iam nunc admodum adhuc  
 puer, quasi gemini decoris specimē edis, pu-  
 ta, tum animi patrum belli pacisq; artibus  
 iuxta præstantis, tum materni ingenij, in cu-  
 ius se mores nihil habere iuris ipsa quoq;  
 fortuna miratur; & illum quidem militiae  
 decora, atq; ardes euexit ad æthera virtus:  
 hæc autem rarissimo prorsus exēplo cum  
 foemineo sexu masculum animi robur, cum  
 summis vitæ delicijs (quas illius fortuna,  
 non animus, postulat) continentiam incre-  
 dibilem: cum eximia nobilitate superbissi-  
 misq; stemmatis modestiā & comitatem  
 prope plusquā plebeiam: deniq; (vt semel  
 complectar) cum aula Christum copulauit.  
 Vt namq; gignat parentem Adolphe, alterū  
 iuniorissimum, alteram integerrimam mo-  
 destissimamq; iam spe quadā ita refers, vt  
 simul & Mauritijs studijs capiatis, neq; à  
 Musarum

Musarū literario otio abhorreas, possisq; ad vtrunq; iuxta natus ac sculptus videri, ri, *καὶ τὸ βίον ὑπαίτιον*, quem præfert Di-  
 earchus, *καὶ τὸν θεωρητικόν*, qui Theophrā-  
 stum magis delectat. Et hunc quidem cum  
 priorem, tum feliciore in politica sua putat  
 Plato, ad illum tamen vel vi retrahendum  
 sapientem, publicæ utilitatis nomine. Sed  
 privato sibiq; viuenti liberum esto, vtrum  
 malit sequi. Principi certe, qui patriæ, nō si-  
 bi nascitur, neutrū oportet deesse, & vtrū-  
 que Homerus Vlyssi, Vergilius Aeneæ tri-  
 buit: alterū dū eos diuturnis erroribus va-  
 riijsq; casibus exercent, dū medijs bellorū  
 miscent tumultibus, alterū dū ad inferos  
 deducunt. Eodē arbitror pertinere, quod  
 Plato in ijs quos obeūda Reipub. destina-  
 uit, moderatū quendam & medium mētis  
 habitum requirit, qui neq; ad ferocitatem  
 vsq; concitatus sit, neq; ad ignauiam abi-  
 etus. Eum vero ē duabus inter se pugna-  
 bus rebus, musica gymbasticaq; conflare  
 censet oportere. Hunc nimirū in te videor  
 mihi conspicerē; cum mediam quandā in-  
 dolem intueor, ē paternā auitāq; animi su-  
 blimitate, atq; ē matris pietate, mansuetu-  
 dineq; temperatam. Et enim quod iā nunc  
 manusculis istis Pegasi ferocitatis habentis,  
 non mi-

*Mediū mē-  
 tis habitū  
 requirit.  
 Resp.*

nō minus scite quān animose, moderaris,  
 & immanis bellua, cuius corpusculi sarcin-  
 ulam vix sentit, eius tamen & arte, & ani-  
 mo citatus, salitur, in gyrū circumagitur,  
 ad saltū extimulatur, ad gradariū incessū  
 stringitur, ad succulariū tripudiū admitti-  
 tur, quod nunc æquore cāpi præcipiti vola-  
 re cursu, nūc ardua scandere, nūc per præ-  
 cipitia decurrere cogitur, ac puerilis simi-  
 stellæ nutibus omnibus paret, quod in te-  
 nera ista fronte sublucet nescio quid augu-  
 stum atq; heroicę maiestatis, quod vix dum-  
 dum puer, nihil tamen habes puerile, quod  
 iā arcu, quod cursu, quod palæstra nulli ce-  
 dis æqualiū, paternæ auitæq; virtutis simu-  
 lachrum agnosco. Rursum vbi te tāquam  
 alijs oculis contemplor *is arōdas in laq̄y*  
 λῆ, atque animaduerto, quān nihil qui-  
 dem in te non futuro principe dignum:  
 id est, nihil humile, nihil stupidum, nihil  
 ingenerosum: at è regione nihil ferocu-  
 lum, nihil arrogans, nihil minax, nihil insti-  
 lens, sed oculi, non licentes quidem il-  
 li, ac neque rursus truces, verūm amici:  
 frons, neque dura, neque improba, sed ala-  
 cris & viuida, vultus comis, & gratiarum  
 plenus, oī verecundum, maxē decentissi-  
 mo pudore, semper quæ parato purpurisso  
 tinctæ,

*Medimha  
bitus pue  
ri Adol-  
phi.*

*Bona in-  
dolis exē-  
plum.*

tinctę, sermo modestus & rarus, gestus cō-  
 positi. Tum quān pius in parentem, in  
 animum reuerens, erga præceptorem obser-  
 uans, quān inter æquales obsequens, quān  
 non imperiosus, aut morosus in ministros,  
 quān in neminem procar. In summa, cum  
 confydero, nihil in te deprehēdi, quod au-  
 læ, quod fortunę tuę mores sapiat, matris  
 optimę imaginem (vt Plautine dicam) ip-  
 sissimam videor intueri. Et sunt ista quidē  
 ad præsentem ætatis tuę laudem magna,  
 ad expectationē vero & quān prædmina-  
 tionem futurorūm, maxima. Illud autem  
 spem de te nostram vel maxime cōfirmat,  
 quod præter istam naturę bonitatē, domi  
 tōngit habere vtriusq; virtutis magistrōs  
 egregios, bellicę quidem animum tuum, in  
 quo viro nihil torū desyderes, quę solent à  
 fortissimō duce requiri: philosophię verō,  
 ac veluti muscæ illius Platonis Iacobū  
 Battum, deum immortalē, quān rara do-  
 doctrina, quān oximia vitę totius innocē-  
 tia, quān singulari secundis virtutibus? Quid  
 sumis, quod tuis de te vocis patris non au-  
 deat promittere, postquam tam felici  
 indoli formator tam egregius contigit?  
 Contigit autem non tam exulero parēq;  
 per uicē inuicem, ut quod pleriq; solet  
 accidere,

Iacobus  
 Battus.

accidere, sed quemadmodum Phoenix ille  
 Homericus Achilli puello adhuc, peneq;  
 infantulo datus est, *ἰδὼς ἄρα τὸν παῖ-  
 ῖτα μὲν ἔντῳ ἰμμενὸν προκτῆρασι ἔχοντα*,  
 itidem tuam infantiam vix dum à lacte de-  
 pullam, statim Rattus excepit, nutricandi  
 munus cū nutricibus ex aquo paratus, ut  
 illæ corpusculū tuum curarent, hic animū  
 fingeret: videlicet hoc iam tum agere ma-  
 tris, ut ipso prope cū lacte auriculis sonellis  
 præclara illa sapientum dogmata instilla-  
 ret, mentisq; hinc recentem testulam, cuius  
 edendum in omnem usq; vitam esset red-  
 ditura philosophic balsamo imbueret, non  
 lingulam istam fineret vulgari strigilagine  
 polluisse, sed purissimo Musarū irrigaret suc-  
 co, ac pectusculum istud rude adhuc, & in-  
 quomvis habitum sequax præceptis formar-  
 ret eructis. Nam ad virtutis instructionem,  
 ut aliqua serā sit ætas, nulla certe non ma-  
 turus est. Hæc alius aut prætorius, aut sum-  
 mis vis digni attingenda putaret. Ego ve-  
 rò vel sola cōmemoranda duco, ut in qui-  
 bus vera felicitatis puppis & proxa (quod  
 giunt) sit homini. Siquidem nataliū splen-  
 dore, reliquisq; fortunæ muneribus, nō pau-  
 ci se mortales vel æquāt, vel superāt. Hæc  
 tua propria penè felicitas est, & haud scio

an cum villo nostratum principum com-  
muns, quod rudis adhuc in eū inoidisti vi-  
rum, qui mentis tuæ vacuum tabellam ca-  
stis ac salutarib<sup>9</sup> occupare possit opinioni-  
bus: possit autem, quia doctissimus: velit,  
quia optimus: efficiat, quia diligentissimus:  
quāq; te veluti præsens Mercurius, moly  
quodā efficacissimo: id est, optimisationi-  
bus, cōtra aulicōrū illecebras, & voces quo-  
rundā moribus pestilentiores, tanquā con-  
tra Circes pocula præmuniat. Rara profe-  
cto nostris in terris avis homo non triviale  
eruditus: Rarior autē, qui moribus sit  
etque quaq; factis & inculpatis: Rarissima  
porrō ac planē Phœnicis instar, qui cū ex-  
quisita doctrina summā morum innocen-  
tiā copularit. Quibus omnib<sup>9</sup> sic absolutus  
tibi contigit, ut nō verear asseuerare, neq;  
Achilli Phœnicem, neq; Dionysio Plato-  
nē, neq; Alcibiadi Soeratem, neq; Alexan-  
dro Aristotelem, neq; Neroni Senecā parī  
felicitare cōtigisse. Quamquā isto nomine,  
non tā fortunæ, quam parentibus debere  
te puto, quorū prudēti delectu talis ascitus  
est. Alioqui vel vna hæc felicitas optanda  
magnaribus, qua sola ferē careat. Quid au-  
tem retulit bene natum fuisse, nisi & bene  
instituaris: Princeps autem nō temere in-  
stituitur



situitur ad virtutē, nisi tum cœperis, cum  
 se nōdum esse principem intelligit. Quod  
 rectē reputās Philippus ille Macedonum  
 tyrānus, vir multis modis laudatus, sibi ma-  
 gnoperē gratulabatur, egregiēq; videba-  
 tur fortunatus, quōd id tēporis filium su-  
 scepiſſet, quo vir summus Aristoteles phi-  
 losophiā doceret, vnus ex omnibus dignus  
 cui tātum alumnū in gremium traderet.  
 Ego verō fortunatissime Adolphe, tibi nō  
 impendio gratuler? qui quidem domi assi-  
 quē videas, audias, totūq; ac propriū  
 possideas eiusmodi moderatorem, in quo  
 non vel mores eruditione, vel eruditionē  
 moribus, vel vitia quædam virtutibus con-  
 penses, sed quem citra delectum vllum, to-  
 tum ac tutō possis effingere. Cuius doctri-  
 nā si quis contempletur, quid rarius? si vi-  
 tam, quid incorruptius? si facundiam, quid  
 admirabilius? si festiuitatem, quid amabi-  
 lius? Legis identidem in poëtarum literis  
 Adolphe, Phœbū aurata cithara insignem.  
 Legis Orphea fidibus canoris & feras &  
 quercus, & saxa denique mouentem. Le-  
 gis Mineruam ingeniorum & artium prin-  
 cipem. Legis caduceatorem Mercurium  
 efficaci virga potentem. Legis nouem illas  
 sorores, audiorum atq; elegantioris lite-

Iacobus  
 Battus.

raturæ præfides. Tuim Charites comitatis,  
 atq; humanitatis autores, Heliconia Tem-  
 pe, fonte vocalē. Deniq; legis & Pithonem  
 deam, quam Latini Suadelam nominant.  
 An tu ista deliria & nihili voces existimas  
 esse? res sunt in primis egregiæ, quas om-  
 nes vno in Batro tibi spectare licet, neque  
 spectare modo, verum etiam frui. Etenim  
 quid, quæso te, omnino aliud vox illa homi-  
 nis dulcis ac rursula, citraq; omniem aspe-  
 ritatē eminenti etiā aures feriens, nisi Phœ-  
 bea quædam cithara, aureis fidibus diuinā  
 quiddam insonans? Quis est autem inge-  
 nio vsque adē stupido, fero sartoq;, quem  
 Battica suauiloquētia, & vel Nestorea illa  
 mellitior, non excitet, non emolliat, non  
 edomet? Age verò quid illa è pectoris can-  
 didissimi venis tam facile profluēs, semper  
 pura, semper perspicua, semper exuberans  
 oratio, nisi Castalij fontis perēnis quædam  
 scatebra? Eam dum tu vnā cum æqualium  
 tuorum grege, assidue auribus imbibis, &  
 sermone cōluescis exprimere, non de qua-  
 si pota, vocales loquaculosq; facit & alios?  
 Porro autem cum sic eruditione docet  
 audientem, sic acumine cogit, sic varietate  
 delectat, quis non quasi præsens Minceruz  
 numen agnoscat? Quid autem quousq; se-  
 stiuisimis

stiuissimis illis suis ac falsissimis iocis, omnium animos mirè demulcet atq; exhilarat, nō ne Veneres omnes, omnes Charites de loquētis ore scaterere tibi videntur? Cum inaudita quadam arte, omnium seles moribus attemperat, in quemuis affectū quoscūq; libuit, rapit, non ne Mercuriale quiddam refert? In huius profecto vnius labijs Pitho illa serena, selesitare videtur. Cū eo vivere ac sermones miscere, nihil aliud, est quàm in Parnassi nemoribus inābulare. Deniq; musarū chorum non desyderabit, quisquis cyclopediam illam omnium disciplinarum anfulis absolutā, in eo perspexerit. Quis non vel hominē istiusmodi propter literas, vel literas propter hominē mirari, amare, colere incipiat? Erres, mihi crede, vehementer, atq; adeo nimium ingratis facias, nisi istam felicitatis tuæ partem, vel præcipuo calculo numeraris, quæ regibus etiam opulentissimis nō raro non contingit. Et ò deum immortalē, quid equè, imò quid aliud ad principum felicitatem pertinet, quàm vt ipsi de suo pectore, non de aliorum sententijs discant sapere, & ea pueri à bonis ac doctis viris hauriant, quæ grandes non sine ab assentatoribus audituri. An non dum equidem statui, quā neq;

Bonus proceptor.

isto tali formatore, an te ille tali alumno  
 fortunatior. Quamquam uterq; altero bea-  
 tissimi mihi videntini, proq; meo in utrūq;  
 amore, tum illi de te, tum tibi de illo gra-  
 tulator tibi quòd felicissimo ingenij tui solo  
 tantus cultor contigerit, illi quòd aliquan-  
 do nactus est materiam dignam, in qua  
 singularis artifex nervos intendat suos.  
 Iamq; adeò non vobis tantum, verùm &  
 literis ipsis publicitus gratulandum cēleo,  
 posteaquam tandē non Enniji, Plauti, Ce-  
 cilijs, sed & ab his cœperūt coli tractariq;  
 à quibus si quid attulerint splendoris, cum  
 fœnore recipiāt. Quæ si in obscurū quem-  
 piam inciderint, etiā si præclaræ sint, ta-  
 men nescio quomodo autorum humilita-  
 te, ceu fumo obscurantur. In tui verò simi-  
 libus, etiā mediocres, mirum quàm eta-  
 ceant, dum vicissim & doctrina fortunam,  
 & fortuna doctrinam illustrat. Ipse itaq; li-  
 teris mihi gaudio gestire videntur, videre  
 iā videor forores illas Heliconias sibi pla-  
 dere, te dulcissimum alumnū certatim  
 sinu rapere, exoculari, complecti, cum tu  
 fortunatis istis articulis, calamū per æquor  
 chartaceum ductitas, dum blēsa ac vixdum  
 firma lingua Græcæ pariter ac Latine lin-  
 guæ verba medicaris, dum formosulo isto  
 & gene

& generoso ore ac vöcui amabili, iã nunc  
 orationem & liberã pronuncias, & nume-  
 rosam modularis. Maeste indole puer, deũ  
 optimum maximumq; precor, vt istã men-  
 tem, istos egregios imperus, seruet fortu-  
 netq;, velitq; quasi iam herbescentem vir-  
 tutem tuam, sui syderis afflatu, ad mar-  
 ram segetem prouehere: vt idem auctor si-  
 mul & etatis, & honesti propositi, increme-  
 ta felicia largiatur: ne videlicet quod in  
 alijs fere cõpiciamus, in te abominemur, de  
 istis, tuarum virtutum quasi cunabulis, ve-  
 lut Adonidis horrorũ delicijs, breui & ina-  
 ni voluptate delinxi videamur. Caue ne ti-  
 bi tãra felicitas securitatem adducat. Nam  
 etiam si sic omnibus nature fortunãq; do-  
 ribus sit locupletatus, vt vel Pandoram ip-  
 sam præcurras, nihil tamen actum putem;  
 nisi ad eas commoditate par accesserit in-  
 dufferiatque quidem vt sine illis ponẽ mãca  
 est, ita illa hæc defüturã; prorsus oculos  
 sunt, si negligas: perniciosã; si insolescas  
 mortifere; si abutaris. Et si quicquid possũt  
 ignes illi coelestes, cũ prosperrimi sunt id  
 omne in te vñum contulerint, si Rhamnu-  
 si alla vel totum cornu suũ in te semel ef-  
 fuderit, maximã bonã mentis partẽ ipse  
 abigentes recessu. Quare fac matibus  
 pedibusq;

pedibusq; huic annitare, ut te istis dotibus  
 parem reddas, parem votis tuorum, parem  
 imaginibus maiorum, parem curis optiani  
 præceptoris. Etenim cum omnia tam beni-  
 gne suppetant: non poteris tibi non sum-  
 mo cum dedecore deesse. Proinde ut iam be-  
 ne coeptis constanter pergas Adolphe, non  
 desinam Homericum illud tibi ad aures  
 occinere. Cur autem non Græcè potius,  
 quandoquidem tu quæso nunc Græcè me-  
 ditaris?

Καὶ ἐν οἷσιν μάλα χαρὶς ἐ' ἰσθμῶν πατρὶς τε  
 μίσην

Αλλ' ἔτι καὶ ἴσθμῶν πατρὶς τε  
 Et quoniam (ut sapius diximus) omnia ad  
 perfectam laudem adsumuntur adiumentis,  
 οἷσιν ἔτι καὶ ἴσθμῶν πατρὶς τε  
 illud eiusdem poetae verum sit: τὴν δ' ἀντι-  
 πρὸς καὶ ἴσθμῶν πατρὶς τε. Quod si feceris, futu-  
 rum confido, ut iugentis patriæ, cuiusq; o-  
 manibus per litoras, & litore inuice per tuâ  
 fortunam, ingenio hunc decus, cum præsi-  
 dium allaturus, illud addam in fine, quod  
 velim animo tuo quam penitissimè inside-  
 at, ut persuasisti tibi habere, nihil tibi  
 generosius bene patriæ dignum, quod præ-  
 sentem. Non enim tibi hæc solum præsentem  
 habeo

liber in aula esse nonnullos, qui nec sep-  
 tire verentur, nec dicere pudet, Christi do-  
 ctrinam nihil quicquam ad proceres atti-  
 nere, sed sacrificij ac monachis esse relin-  
 quendam. Ad horum exitiales incatationes  
 obturatis auribus, quod temerè, quod Bar-  
 tus vocat, sequere. Et ut iam nunc cum li-  
 terarijs rudimentis Christum incipias im-  
 bibere, mitto tibi precationes aliquot, quas  
 matris rogatu Barro hortatore conscripsi,  
 sed tibi. Eoq; sermonis figuram non nihil  
 ad tuos annos attemperavimus. Quibus si  
 diligenter uteris, simul & orationem tuam  
 feceris meliorem, & militares istas preca-  
 tiunculas, quibus aulicum genus plerunq;  
 delectatur, non indoctissimas modo, sed &  
 superstitiosissimas contempseris. Vale E'  
 Lutetia. Anno à Christo nato millesimo  
 quadringentesimo duodecentesimo.

*Christi do-  
 ctrina e-  
 tiam ad  
 proceres  
 pertinet.*

CON

# CONCIO DE

PVERO IESV, PRO-

nunciata à puero in schola

Colætica nuper in-

stituta Lon-

dini.



VER apud pueros verba facturus de ineffabili puero IESV, non optarim mihi Tullianam illâ eloquentiam, quæ breui acque inani voluptate aures deliniat. Quantum enim abest Christi sapientia à sapientia mundi (abest autem in immenso intervallo) tantum oportet Christianam eloquentiam à mundana differre eloquentia. Sed illud vñ meo ardentibus votis impetretis velim, ab optimo IESV optimo patre Deo, à quo ceu fonte bonorū omniū summa proficiscitur, quiq; solus fecundo illo suo spiritu linguas infantium reddit disertas, vel è lactentiū ore laudem absolutam depromere solitus: ut quemadmodū omnis nostra vita nō alium exprimere debet, quàm ipsum de quo dicturi sumus IESVM, ita & oratio nostra illum sapiat, illum referat, illum spū et, qui

&



& verbū est patris, & verba vitæ solus habet, cuius sermo vivus, & efficacis penetrantior est quovis gladio anticipati, ad intimos etiam cordis recessus penetrans: utq; ipse de cuius ventre flumina promanant aquæ vitæ, non grauetur per organū vocis nostræ veluti per cannalem in omnium vestrū animos influere: multoq; gratiæ cælestis irrigare succo. Id ita futurum confido commilitones mei charissimi, si pijs votis purgatas ac verè sistentes aures adiuveritis, eas videlicet aures, quas æternus ille sermo requirens in evangelio: Qui habet (inquit) aures ad audiendum, audiat. Nos porro cur non audeamus rem hanc anduā quidem illam, sed tamen piā aggredi? præsertim ipso adiutore Deo, in quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo minus suscitatur vitiis, & in quo Paulus omnia se posse gloriatur. Iam verò cum tanto studio flagrent isti, qui mundanæ, hoc est, diabolicæ militiæ dederunt nomina, ut suū quicq; duocm laudibus vehant: nobis quid prius, aut antiquius esse debet, quam ut præceptorem, vindicem, imperatorem nostrum IESVM, ac eundem quidem omnium, sed tamē peculiariter nostrū, id est, puerorū principē, certatim pijs celebremus præconijs?

Hunc

*Pueri  
puer Iesus  
laudādo.*

Hunc in primis cognoscere studeamus, cognitum laudemus, laudatū amemus, amatum exprimamus atq; imitemur, imitantes eo fruamur, fruentes immortali felicitate potiamur. Sed in tā vberē, tamq; immensa rerum copia, vnde, quāso, initium, aut vbi finē nostra reperiet oratio? cum is, de quo loqui paramus, fons sit, vel (vt verius dicā) Oceanus bonorū omniū. Verūm vt ipse natura incomprehēsus & infinitus, tamen sese velut in arctum cohibuit. contraxitq; itidem & nostra oratio. in explicādis eius laudibus, quæ modū nesciunt, modum tamen ipsa sibi faciat oportet. Equidem tria potissimum esse video, quæ vel discipulorum, vel militum animos solēt ad gnauiter agēdum inflammare, ea sunt ducis admiratio, amor & præmium. Itaq; quo præceptori nostro ac duci *is* studijs alacrioribus pareamus, agēdum singulatim hæc in eo pia curiositate cōsideremus. Primo loco quā sit suspiciendus vndique ac stupendus, deinde quā opere diligendus, atq; ob id imitandus postremo quā ingēs dilectionis fructus. Ac mos quidē est rhetorum in hoc dicōdigenere, illustriū principum adhibere exēpla, videlicet quo collatione crecat is quem conatur laudibus attollere.

attollere. Verum Imperator postea usque-  
 adeo superat omne celsitudinis humanæ  
 fastigium, ut quicquid quantumvis egre-  
 gium adhibueris, tenebras admoveris, non  
 lucem. Cuius enim imagines ac natalium  
 splendor non videatur esse fumus, si cū I E-  
 s u componas, qui quidem ineffabili, imò  
 etiã incogitabili ratione Deus à Deo sem-  
 per absq; tempore nascitur, æterno lum-  
 inoq; parenti per omnia æqualis? Quan-  
 quam huius vel humana naturas non ne  
 facile regum omnium claritate obscuraue-  
 rit? Quippe, qui stupente rerum natura, au-  
 tore patre, atlante spiritu, pronubo ange-  
 lo, citra virilem operam, virgo de virgine  
 coelitus gravida, natus est homo in tempore,  
 & rursum ita nat' homo, ut neq; Deus esse  
 desineret, neq; sordium nostrarum quicquam  
 omnino contraheret. Jam vero quid eo fin-  
 gi potest amplius, qui infusus per omnia,  
 nullo tamen loco cohibitus, in seipso ma-  
 gis immensus? Quid illo ditius, qui summum  
 illud est bonum, à quo bona promanant o-  
 mnia, nec tamen ipse diminui potest? Quid  
 illustrius eo, qui splendor est paternæ glo-  
 riæ, quiq; solus illuminat omne hominem  
 venientem in hunc mundum? Quid illo po-  
 tētius, cui pater omnipotēs universam tra-  
 didit

*Claritudo  
 natalium  
 Christi.*

didit potestatem in cœlo & in terra? Quid efficacius eo, qui simplici nutu condidit vniuersa, ad cuius iussum fiescit mare, vertuntur rerum species, fugiunt morbi, concidunt armati, pelluntur dæmones, seruiunt elementa, scinduntur petre, reuiuiscunt mortui, resipiscunt peccatores, deniq; nouantur omnia? Quid augustius eo, quem admirantur superi, tremunt inferi, medius hic orbis supplex adorat, ad cuius comparationem summi reges nihil aliud quam vermiculos esse sese confitentur? Quid eo fortius atq; inuictius, qui solas mortem alijs inuictam, sua morte deuicit, ac Satanz tyrannidem cœlesti virtute demolitus est? Quid triumphantius eo, qui perfractis ac spoliatis inferis, tot pijs comitatus animabus, victor cœlos adiit, ibiq; sedet ad dexteram Dei patris? Quid illo sapiētius, qui tā admirabili ratione cuncta condidit, vt vel in apiculis, tot tantaq; sue sapiētie reliquerit miracula? quiq; tam suspendo rerū ordine atq; harmonia nectit, cōtinet, administrat vniuersa, obiens omnia, nec tamen a seipso discedēs, omnia mouens ipse immotus, omnia concutiens ipse tranquillus: postremo in quo id quod stultissimū est, vniuersam mortalium Sophiorum sapientiam

longo superat intervallo? Cuius debet nobis esse grauior autoritas, quàm eius de quo pater ipse palà est testificatus? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Quid æquè reuerēdum, atq; is cuius oculis perspicua sunt omnia? Quid perinde formidādum atq; ille, qui solo nutu potest & animam & corpus in tartara mittere? Quid autem formosius eo, cuius vultum intueri summa est felicitas? Deniq; si multis pretiū reddit antiquitas, quid illo antiquius, qui nec initium habet, nec finem est habiturus? Sed fortasse magis conuenierit, vt pueri puerum admiremur, quando quidā hic quoq; stupēdus occurrit, vsque adeò quod illius est infimum, sublimius est ijs quæ sunt apud homines excelsissima. Quantus erat ille quē infantulum vāgentem, pannosum, abiectū in præsepe, tamen coelitus canunt Angeli, adorant pastores, adorat & quæ genuit, agnoscunt bruta animātia, indicat stella, venerātur magi, timet rex Herodes, trepidat omnis Hierosolyma, sanctus amplectitur Symeon, vaticinatur Anna, in spem salutis eriguntur pij. O humilem sublimitatē, & sublimē humilitatem. Si noua miramur, quid simile vnquam aut factū, aut auditū, aut cogitatū? Si ma-

gna suspicimus, quid nostro IESV modis omnibus amplius, quē nulla creatura possit vel exprimere voce, vel cogitationē cōcipere? Huius magnitudinē qui velit oratione cōplecti, is multo stulti⁹ agat, quāvis si conetur vastissimum Oceanum angusto

*Adoranda potius quam explicanda maiestas Iesu.*

exhaurire cyatho. Adoranda est eius im-  
mensitas magis quāam explicanda, quam  
vel hoc ipso magis mirari convenit, quō  
minus assequimur. Quid ni nos id faciam⁹,  
cum magnus ille p̄cursor indignum sese  
pronunciet, qui corrigia calciamenorum  
eius soluat? Agite igitur pueri suavissimi,  
hoc inchyto puero IESV p̄ceptote; hoc  
tam insigni duce, sancta superbia glorie-  
mur, huius sublimitas nobis ad pie auden-  
dum animos addat, in hoc vno nobis ipsi  
placeamus, vt existimāte; illius omnia no-  
bis esse communia, nos ipsos meliores ar-  
bitremur, quāam qui semel tali additi im-  
peratorī, mūdo vitij⁹ ve, sordidissimis vtq;  
dominis seruiamus.

### *Secunda pars.*

**S**ed admirantur, & cōtremiscunt etiam  
dæmones, amant soli pi⁹. Quamobrem  
altera huius orationis pars, vt proprius ad  
nos pertinet, ita est attentioribus au-  
ribus,

ribus accipienda, videlicet quot nomini-  
 bus I E S V sic nobis amandus, vel redamā-  
 dus magis, vt quinos & nondū cōditos an-  
 te omne tempus amarit in se, in quo iam  
 tum erāt omnia. Itaq; nativa sua bonitate  
 cum nihil essemus, nos finxit: finxit autem  
 nō quoduis animal, sed hominem, & finxit  
 ad sui ipsius imaginē, hoc est, summi boni  
 capaces, ac sacro sui oris afflatu spiri-  
 tū vā-  
 galem indidit. Ad hæc cæteris animātibus  
 imperio nostro parere iussis, quin etiā An-  
 gelis in nostrā tutelam designatis, latissī-  
 mam hanc ac pulcherrimam mundi fabri-  
 cam nostris addixit vñibus. In qua nos ve-  
 lut in admirabili quodam theatro consti-  
 tuit, vt in rebus creatis opificis sapiētiam  
 admiraremur, bonitatem amaremur, po-  
 tentiam veneraremur: quoq; id magis fie-  
 ret, vt animi dotibus ornauit, tam perspi-  
 caci ingenij lumine condecorauit. Quid  
 hoc animante fingi poterat vel admirabi-  
 lius, vel felicius? Sed o semper felicitatis co-  
 mitē inuidiā. Rursum serpentis astu in pec-  
 catū, hoc est, plusquam in nihilum relapsus  
 est miser. Sed hic tu rursus optime I E S V,  
 quā ineffabili consilio, quā inaudito  
 exeplo, quā incōparabili charitate tuum  
 sigmentum restituiſti? Nam ita restituiſti,

*Creauit**nos**Dignitas  
hominis.*

vt tibi propemodum expedierit, eāq; cul-  
 pam quidam non absurde felicem vocave-  
 rit. Omnia debebamus conditori, ac repa-  
 ratori plusquā omnia debemus. Vltro te-  
 meripsum ē regno patris in hoc nostrū exi-  
 lium demisisti, vt nos ē paradiso exactos,  
 cœlici ciues redderes: nostrā humanitatem  
 assumpsisti, vt nos in tuæ diuinitatis cōsor-  
 tium ascisceres: nostrum hunc limū indui-  
 sti, vt nos immortalitatis gloria vestires:  
 nostra tectus forma, nobiscum in hoc ca-  
 lamitolo mundo complures annos agere  
 voluisti, vt vel sic in tui raperes amorem:  
 nudus in hanc lucem, imō noctem emer-  
 sisti. nobiscum atq; adeo pro nobis vastigi,  
 sicisti, esuristi, alisti, xstuaisti, laborasti, de-  
 lassat<sup>o</sup> es, eguisti, vigilasti, ieiunasti, tot ma-  
 lis nostris obnoxius esse voluisti, vt nos ab  
 omnibus exēptos malis, in tui, hoc est sum-  
 mi boni communionem affereres. Deinde  
 per omnem sanctissimæ vitæ tuæ seriem,  
 quā efficacibus exemplis animos no-  
 stros inflammas? quā salutaribus præce-  
 ptis erudis ac formas? quā stupēdis mira-  
 culis expergefasis, quā blandis monitis  
 trahis? quā certis promissis inuitas? vt nō  
 sit alia commodior via ad te, nisi per te-  
 ipsum, qui vnus es via, veritas, & vita. Sed  
 viam



viam non indicasti modo, verum etiã aperuisti, dum pro nobis vinciri, trahi, damnari, rideri, cædi, conspui, vapulare, probris affici, demum in ara crucis agnus sine macula immolari voluisti, vt nos tuis vinculis solueres, tuis sanares vulneribus, tuo lanares sanguine tua morte ad immortalitatẽ eueheres. In summa totum te nobis impendisti, vt tui (si fieri posset) iactura nos perditos seruares: vitæ redditus, toties tuis apparuisti, atq. illis inuentibus patrem repetisti, vt membra cõsiderent eo se peruetura, quo caput iam præcessisse conspicerent: deinde quò magis cõfirmares amicos, patre placato, egregium illud perpetui amoris tui pignus misisti, sacrum illum spiritum, quo mortui mundo, longè verius ac felicius iam, viueremus in te, quàm post hoc spiritu viuimus. Quæso quid his summe charitatis argumentis poterat accedere? Ne hæc quidẽ tam multa, tam magna flagrantissimo tuo in nos amoris fat erat? Quis enim cõmemorare possit, quot martyrum mortibus nos ad huius vitæ cõtemptum animus? quot virginũ exẽplis ad cõtinentiã accedis? quot sanctorũ monumẽtis ad pietatem sollicitas? quam admirandis ecclesiæ tuæ sacramẽtis communis pa-

*Misio sp̃s  
ritus san-  
cti.*

riter ac ditas? vt consolaris, erigis, armas,  
 doces, mones, trahis, rapis, mutas, transfor-  
 mas nos arcibus tuis liceris, in quibus vi-  
 uas qualdam tui scintillas eodi voluisti,  
 magnū amoris incendium excitaturas, si  
 quis modo pia diligentia conetur excute-  
 re? Deniq; quam vndiq; nobis obuius es,  
 ne quado liceat obliuisci tui? Ad hęc quam  
 paternē toleas peccantes, quam elemen-  
 ter recipis ad te redeuntes? nec imputas be-  
 nefacta tuā gratis, nec respicientibus ho-  
 stra imputas malefacta: vt insinde tactis  
 vellicis, ac trahis infantibus? vt emendas  
 aduersis? vt allicis prosperis? vt omne me-  
 nes lapide? vt nullquam cessat ardentissima  
 charitas in fonedis, afferedis, tuendis, be-  
 dis nobis? Sed quam pauca de tam insublime  
 ris perstrinximus committiones? et tamen  
 videtis quam sit immentus beneficiorum  
 aceruus. Eae sunt qui volat, & Pyladis  
 Horestes, Pirithoos, Theseos, Daionias  
 ac Pythias verbis phaleratis efferat, mēra,  
 prae his augumenta. Arque haec quidē cō-  
 tulit vltro nihil promeritis, imō erāsugis  
 atq; hostibus, & a quibus nihil omnino mu-  
 tui beneficij redire poterat. Si mediocri-  
 bus officijs homines ad amandum homi-  
 nem accendimur, hunc cōditorē, vindicē,  
 sic

*Peccantes  
 toleras.*

sic amantem, sic promissum, non satē redam-  
 dabimus? Quandoquidem hanc solam  
 gratia ille à nobis repetit, quae tamen  
 ipsam in nostrū refundit beneficium. Adamas  
 sanguine mollescit hircino: aquilae, leones,  
 pardī, delphines, dracones agnoscunt ac re-  
 feram beneficiū: & ò duriciam cordis hu-  
 mani plusquam adamancinam, si tam in-  
 audita charitas non misceat: ò ingrati-  
 tudinem plusquam beluam, si tantorū me-  
 ritorum potest obliuiscere singularē im-  
 pudentiam diuini potius demeritam, si sic  
 conditus, sic retinuit, sic locupletatus, cā-  
 tā obrutus beneficentia, ad tanta vocatus  
 spēs, quicquam amare potest, praeter illum  
 vnum, in quo, & à quo. sunt omnia, quique  
 nobis omnia fecerit impersit. Porro autē  
 quantum hae mortalis omnis comple-  
 titur, tamē nos illi peculiariter debemus,  
 propterea quod in nostrum, hoc est, pue-  
 rorum ordinem singulari quadam propen-  
 sione atq; indulgentia fuisse sese pluribus  
 declarauit argumentis. Primum quod ita  
 ut erat vatū oraculis promissus, puer par-  
 uulus nasci voluit, cū esset immensus. Pre-  
 terea quod adhuc vteri virginis latebris  
 inclusus, infantis item nondum nati gestu,  
 atq; exaltatione gauisus est fabulari. Dein-

Redame-  
m<sup>o</sup> Iesum.

Iesus in  
pueros p-  
pensum.

de quod statim innocentium puerorum sanguine suā natiuitatē voluit consecrari, vt his quasi velutibus, dux inuictus bellum aspiciatur. Adde his, quod instante morte triumphali Hierosolymam veniens, puerorum occurſu atq; officio decorari, puerorum voce suas laudes decantari maluit. Iam verò quā amantem, quāq; sollicitum puerorum patronum agit, cum matribus infantes suos offerentibus, vt Iesu contactui consecrarentur, discipulis ne possent admitti vetantibus indignans? Sinire (inquit) paruulos venite ad me. Neq; verò pueris benedixit tantum, verum etiam negat vlli mortalium aditū patere in regnū caelorum, nisi qui ad paruulorum formā descenderit. Rursum quā amantem & illud? cū tam grauitur deterret ab offendendis pusillis, affirmans magis expedire, vt molari saxo collo alligato præceps in mare detur aliquis, quā vt vnum quemlibet ex his paruulis, offendar. Atq; his quā insigne addidit elogium ad puerorum commendationē? Amen dico vobis, Angeli eorum semper vident faciē patris. Gratias agit tibi tuus, tibiq; dicatur gr̄x i s s v p r eceptor, cui quæso vt sacras tuas mat̄ semper admouere velis, & ab omni scandalo

procul

procul arceas. Quid illud? non ne magnū  
 amoris indicium, cum puero in medio collo-  
 cato, discipulis eum exemplum proponit  
 Nisi, inquit, conuerſi fueritis, & effici-  
 mini ſicut paruulus iſte, nō intrabitis in re-  
 gnum cœlorum. An nō eodē pertinet? cū  
 Nicodemo ſciſcitāti, qua via poſſit ad vi-  
 tam immortalē pertingere, iubet vt de-  
 nudò renaſcatur, hoc eſt, in puerum redeat.  
 Uſque adeò Chriſto duci noſtro placuit in-  
 fantia, vt ſenes etiam cogat repuerāſcere,  
 ſi modò velint in illius admitti cōſortium,  
 extrā quē nulla ſalutis ſpes eſt. Neq; verò  
 à Chriſto diſſonat Petrus, cū admonet vt  
 tanquā nuper editi infantes lac concupiſca-  
 mus. Neq; diſcrepat Paul⁹, Filioli mei, in-  
 quiens, quos iterū parturio, donec forme-  
 tur Chriſtus in vobis. Idē paruulos in Chri-  
 ſto lacte potat. Multa ſunt id genus loca in  
 myſticis literis. Omnino Chriſtianiſmus  
 nihil aliud eſt quàm renaſcētia, quàm re-  
 puerāſcentia quædā. Magnū igitur pueri,  
 magnum pueritiæ ſacramentū, qua Ieſus  
 tantoperē delectatus eſt. Nō contēnamus  
 ætatē noſtrā, quā verus ille rerū æſtima-  
 tor rāti fecit. Tanſū demus operā, vt cuius-  
 modi ſimus pueri, cuiusmodi diligit Ie-  
 ſus, diligit autem inuolūtos pueros,  
 dociles,

*Pueritia  
preposte-  
ra.*

*Pueritia  
nova &  
Christia-  
na.*

dociles, simplices, atq; illud interitū menti-  
nerimus, hanc Deo gratam pueritiam non  
in annis esse sitam, sed in animis: nō in tē-  
poribus, sed in moribus. Est enim preposte-  
rum quoddam nobisq; magnopere fugiē-  
dum puerorum genus, qui mento leui, mē-  
te sunt hirsuta, & ætate impuberes, vicio-  
sa astutia senes sunt. Est igitur nouū quod-  
dam pueritiae genus, quod à Christo pro-  
batur, pueritia ceterā puerilitatem, & omni-  
no senibus quædā pueritia, quæ non anno-  
rum numero constat, sed innocentia, sed  
ingenij simplicitate. An non id palam in-  
dicat Petrus cum ait. Deponentes igitur  
omnē malitiam, & omnē dolum, & simula-  
tiones, & inuidias, & detractiones, sicut mo-  
dò geniti infantes rationabile & sine dolo  
lac concupiscite, ut in eo crescatis in salu-  
tem. Cur addidit rationabile? Nempe ut  
excluderet stultitiam, quæ huius ferè æta-  
tis consuevit esse comes. Cur detrahit in-  
uideas, simulationes, ac reliqua id genus vi-  
tia, quæ senum sunt quasi peculiaria? nimirum  
ut intelligeremus Christi pueros sim-  
plicitate ac puritate estimari, nō natalibus.

*In pueris  
maxima bo-  
na.*

Ad eūdem modum & Paulus: Malicia, in-  
quit, paruuli estote, sensibus autem perfe-  
cti. Quanquam est omnino in ipsa puero-

rum

rum ætate natiua quædã bonitas, ac velut  
 ymbra quædã, ac simulachrũ innocẽtię, vel  
 spes potius atq; indoles futurę probitatis.  
 Mollis, & in quemuis habitum lequax ani-  
 mus pudor optimus innocẽtię cultos, in-  
 geniũ <sup>vicijs</sup> vacuũ, corporis nitor, ac velu-  
 ti flos quidã vernantis ævi, & nescio quo-  
 modo quiddã spiritibus cognatũ ac fami-  
 liare. Neq; enim temere fit, vt quoties ap-  
 parent angeli, puerili specie se se offerant  
 oculis: quinotiam magis, quando suis in-  
 cantamentis spiritum eliciunt, in puerile  
 corpus feruntur accersere: at quanto libe-  
 tius spiritus ille diuinus pijs ac sanctis eno-  
 caris votis, in huiusmodi domicilia demi-  
 grabit? Ergo ad has naturę dotes, si acces-  
 serit summi illius & absoluti pueri imita-  
 tio, tum demũ & grati in illũ, & illo digni  
 pueri videbuntur. Etenim sic promeritum  
 quis possit non amare? Verũ enim uerõ  
 ea veri amoris vis est, vt eius quod ames q̃  
 simillimus esse cupias. Quod si in nobis est  
 et amor humanus, quantum æmulandi  
 studiũ excitebit, amor diuinus, cui ille, col-  
 latus, vix amoris umbella est? Proinde si ve-  
 re atque ex animo, nõ verbo tenus Iesum  
 amamus; Iesum pro nostra virili conemur  
 exprimere, vel potius in illum transfor-  
 mari.

mari. Quòd si virū assequi nō possumus,  
 saltem pueri puerum imitemur. Quāquā  
 hoc ipsum facinus est haudquaquā puerile,  
 imò senilibus etiā viribus maius, sed quod  
 ferè nusquā succedat felicius quā in pue-  
 ris. Etenim quoties negotiū ab humano pē-  
 det præsidio, tum robur, ætas, sexus expē-  
 ditur: verū vbi gratiæ res agitur, non natu-  
 ræ, tum hoc efficacius exerit sese miracu-  
 lum spiritus, quò minus erat opis ac fidu-  
 ciæ in carne. Denique quid dubitemus, aut  
 diffidamus ipso formate, surgente ac trās-  
 formante nos, quem conemur exprimere?  
 Quis Danieli puero tantū addidit prudē-  
 tiæ? quis puero Solomoni tantū tribuit sa-  
 piētiae? quis tribus illis pueris tantū adiu-  
 nit tolerantiae? quis puerū Heli, dignū di-  
 uino fecit alloquio? quis Nicolao puero?  
 quis Egidio? quis Benedicto? quis Agneti?  
 quis Ceciliz? quis tot tanī teneris virgū-  
 culis, tam masculā atq; inuictā virtutē de-  
 di? Profectò non natura, sed gratia, & vbi  
 minus succurrit natura, ibi mirabilius ope-  
 ratur gratia. Hac igitur freti, magno ani-  
 mo studiū æmulandi puerū Iesum capes-  
 samus, nec vnquā oculos ab eo velut à scō  
 po deflectamus. Absolutum exēplar ha-  
 bemus, nihil est quod aliūde petere oport-  
 teat.

*Vbi min⁹  
 natura, i-  
 bi mirabi-  
 lius gra-  
 tia opera-  
 tur.*



teat. Omnis illius vira, quid nos sequi de-  
 beamus, clamat. Quid autē docuit puer  
 ille purissimus, de purissima virgine natus?  
 nisi vt omnē huius mūdi spureitiā & inqui-  
 ritatē vitemus, atq; angelicā, quādam vi-  
 rā iam nūc in terris meditemur hoc est, id  
 esse meditemur, quod illic semper sumus  
 futuri. Porro spiritus I E S V cum omnes  
 sordes auersatur, & odit, tū præcipue bel-  
 luinam illā, & prorsus hominē indignā li-  
 bidinē. Quid autem docuit nos, natus  
 peregre, edirus in tuguriolo, abiectus in  
 præsepe, pannis inuolutus? nisi vt semper  
 meminerimus, nos hic paucorum dierū ho-  
 spites esse, vtq; calcatis opibus, spreis mū-  
 di falsis honoribus, per pios labores ad cœ-  
 lestem illam patriam expediti festinemus,  
 in qua iam nunc animo viuamus oportet,  
 etiāsi corporeis interim pedibus terram  
 contingimus. Rursum quid admonuit in  
 Aegyptum aufugiens? nisi vt inquinatōrū  
 commercium modis omnibus deuitemus,  
 qui Iesum in nobis, hoc est, innocentiam,  
 ac mundi neglectum, conantur extingue-  
 re. Quid verò docuit circūcisus, nisi vt oēs  
 carnis affectus, ad Christum properan-  
 tibus obstrepentes amputemus, ac tan-  
 quam in nobis ipsis mortui solo I E S V spi-  
 ritu.

*Libidinē  
 odit Iesum.*

ritu ducamur ac vegetemur? Quid docuit  
 oblatum in templo, nisi ut totos nos in ipsa  
 iam infantia Deo, rebusq; sacris dicemus  
 confestim; q; ac protinus recenti adhuc  
 mentis secula leuiter imbibamus? Neq; enim  
 vlla ætas ad discendâ pietatem immatura  
 est, immò non alia est magis tempestiua ad  
 adorandum Christum, quàm ea quæ mu-  
 dum adhuc nescit. Iam ipsi apud nos esti-  
 mare pueri, puer ille sic natus, sic Deo di-  
 scens, quàm sanctis studijs totam pueritiã  
 transegerit. Nò orio, nò cibo, non somno,  
 non ineptis ludibus, non stultis fabulis, nò  
 euagationibus, quemadmodum puerorũ  
 vulgus facit, sed aut paruum obsequijs,  
 aut sacris orationibus, aut auscultandis do-  
 ctoribus, aut pijs meditationibus, aut san-  
 ctis ac seris cum æqualibus pueris collo-  
 quijs. An; nò hæc, & multa similia summa-  
 tim complexus est sanctus Lucas? cum scri-  
 bit ad hunc modum: Puer crescebat, & cõ-  
 fortabatur plenus sapientia, & gratia Dei  
 erat in illo. An non palàm videtis nonnulla  
 pueritiæ genus? De pristinis pueris dictum  
 est, Stulticia colligata est in corde pueri.  
 De nouo hoc auditis, plenus sapietia. Quid  
 adhuc ætatis inscitiam perreximus? cum  
 audiamus non sapientem, sed plenum sa-  
 pientia

ritu ducamur ac vegetemur? Quid docuit oblatuſ in templo, niſi vt totos nōs in ipſa iam infantia Deo, rebusq̄ue ſacris dicemus conſecremusq̄; ac protinus recenti adhuc mentis teſta I E S V M imbibamus? Neque enim vlla ætas ad diſcendam pietatem immatura eſt, imò non alia eſt magis tempeſtiua ad diſcendum Chriſtum, quàm ea quę mundum adhuc neſcit. Iam ipſi apud vos æſtimate pueri, puer ille ſic natus, ſic Deo dicatus, quàm ſanctis ſtudijs totā pueritiā trāſegerit. Non otio, non cibo, nō ſomno, non ineptis luſibus, non ſtultis fabulis, non euagationibus, quemadmodum puerorum vulgus facit, ſed aut parentū obſequijs, aut ſacris orationibus, aut auſcultandis doctōribus, aut pijs meditationibus, aut ſanctis ac ſeris cum æqualibus pueris colloquijs. An non hæc, & multa ſimilia ſummatim complexus eſt ſanctus Lucas? cum ſcribit ad hunc modum: Puer creſcebat, & confortabatur plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo. An non palām videtis nouum pueritiæ genus? De priſtinis pueris dictum eſt, Stultitia colligata eſt in corde pueri. De nouo hoc auditis, plenus ſapientia. Quid adhuc ætatis inſcitiam præteximus? cum audiamus non ſapientem, ſed plenum ſapientia

pientia puerum. Videte vt omnem rerum  
 ordinem hic puer inuertit, qui loquitur in  
 Apocalypfi : Ecce ego noua facio omnia.  
 Perditur sapientia senum, ac prudētia pru-  
 dentium reprobatur, ac pueri implentur  
 sapientia. Nimirum hoc nomine gratias  
 agens patri, Quoniam inquit, abscondisti  
 hæc à sapientibus, & releuasti ea paruulis.  
 Porrò ne stultam huius mundi, ac fuca-  
 tam sapientiam affectaremus, protinus ad-  
 iecit : Et gratia Dei erat in illo. Is verò  
 demum sapit, qui mundo desipit, & nil  
 nisi **C H R I S T V M** sapit. Is non è philo-  
 sophorum libris, non è Stoicis argutijs,  
 sed sincera fide cognoscitur, spe tenerur,  
 charitate deuincitur. Iam verò quàm mul-  
 ta docuit nos, vbi duodecim natus an-  
 nos, à parentibus furtim subducit sese, ne  
 inter notos quidem, ac propinquos reper-  
 tus, post triduum denique inuentus est. Sed  
 vbi tandem inuētus? Num in circulis? num  
 in choris? num in vijs aut foro? Audite  
 pueri, vbi repertus sit **I E S V S**, relictis  
 parentibus quodammodo fugitiuis, & v-  
 bi vos versari conueniat intelligeris. In  
 templo, inquam, inuentus est, in medio do-  
 ctorum sedens, audiens illos, ac vicissim  
 interrogans. Quid docuit nos **I E S V S** his  
 tam

*Que do-  
 ceat Chri-  
 stus.*

tam admirandis factis? Non dubium quin rem magnam, rem seriam, rem imitandam docuerit. Quid autem? quid? nisi ut grãdescente in nobis Christo, quandoquidem & in nobis nascitur, & habet suos ætatũ gradus, donec occurramus in virum perfectũ, & in mensurã plenitudinis eius. Ergo cùm grandescit in nobis, docet vt naturales parentum & amicorum affectus in Deum transferamus, nihil hic amemus, nihil miremur, nisi in Christo, & Christum in omnibus. Meminerimus nos verum patrẽ, patriam, cognatos, amicos habere in cœlis. Verũm ne quis imaginetur hunc parẽtum neglectum, fastum, aut inobedientiam sapere, consequitur, Et erat subditus illis. Imò nemo suos parentes verius amat, nemo magis piẽ colit, nemo obseruatius morem gerit, quàm qui sic contemnit. Quid autẽ est sedere in tẽplo, nisi in rebus sacris conquiescere. & ad discendum animum ab omnibus tranquillum curis adferre? Nihil autem vitij est turbulẽtius, & otĩũ ac quietem amat sapientia. Iam à quo tandem nos grauemur dilcere, quã attentas aures præceptoribus præbere conuenit, cùm puer ille cœlestis, sapientia Dei patris, in medio doctorũ sedeat, audiẽs vicissim, ac respon-

*Sedere in templo.*

t a dens,

dens, sed ita respondens, ut omnes eius sapientiam admirarentur. Neque id mirum, cum is esset ad quem omnis mundi sapientia stulta est. Præclara res legum prudentia, egregia res philosophiæ cognitio, suspicienda res theologiæ professio: verum si quis IESVM audiat, illico stultescunt omnia. At nostra responsio, si sapientiæ miraculum excitare non potest, certe sapiat modestiam, sonet innocentiam. Rursum obsecro, quam morigeros, quam obsequentes nos esse decet parentibus ac præceptoribus, quos potiores velut ingenij parentes habemus, postea quam ille Dominus omnium, cum à parentibus non intelligeretur, tamen subditus illis redierit in Nazareth. Debetur hoc pietati, debetur parentum reuerentiæ, ut aliquoties illorum voluntati concedamus, etiam si nos meliora viderimus. Sed iam operepretium est audire, quam apud fini Lucas IESV pueritiam concluderit: Et IESVS, inquit, proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum, & apud homines. Quam multa, quam paucis nos docuit? Primum cum ætatis accessione, pietatis item accessione oportere copulari, ne illud in nos iure dici possit, quod in hominum vulgus diuus dixit Augustinus: Qui maior est ætate, maior est

*Cum ætate pietas augetur.*

est iniquitate. Né ve in hoc pulcherrimo certamine vnquam restemus, aut nos affectos arbitremur: sed in morem currentium in stadio à tergo relicta negligentes, in anteriora nitamur, ac semper à bonis ad meliora, à melioribus ad optima proficere conemur, donec ad metá, hoc est, huius vitæ finē peruentum erit. Socrates iam admodum senex perinde quasi nihil sciret, ita semper & à quouis discere sitiebat. Itidē & nos quo magis in Christo fuerimus, hoc minus nobis placebimus, si modò verè in illo fuerim<sup>9</sup> progressi, adeò *φιλαυτία* pestis est & studiorum & pietatis: ac iuxta Fabium, præcox illud ingeniorum genus non temerè peruenit ad frugem, vel eruditionis, vel innocentia. Equidem nec ordinem otiosum esse puto apud Deum, & apud homines, vt intelligamus in primis dandam operam, vt vita nostra Deo placeat: id agentes, humanus fauor vltro consequetur. Nihil enim virtute pulchrius, nihil amabilius, quàm laus hoc magis sequi solet, quò minus appetitur. Paucis vt poruimus vobis expressimus exēplar pueri, quem & amare plurimū, & imitari studiosissimè debemus. Atq; omnino tantum, videbimur amare, quantum fuerimus imi-

tati. Rursum tantò plenius imitabimur, quantò amabimus ardentius. Proinde hoc ipsum ab illo quotidianis ac puris precibus flagitemus, vt nobis donet amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc est, castos, pueros, incōtaminatos, mites, simplices, tractabiles, expertes fuci, ignaros doli, nescios inuidiæ, parētibus morigeros; præceptoribus dicto audientes, mundi contēptores, rebus diuinis addictos, pijs literis intentos, nobis ipsis quotidie meliores, probatos superis, gratos hominib⁹, odore bonæ famę quàm plurimos ad Christum alliciētes. Hæc, inquam, assiduè flagitemus, hæc manibus pedibusq; conemur, dum habilis ætas, breui alioqui fugitura. Etenim si rectè monuit Fabius, optima statim ac primò discenda, quid prius disci debet, quàm Christus, quo nihil est meli⁹, imò quid aliud discere oportet Christianum, quàm eum virum quem nosse vita est, æterna? quemadmodū ipse restatur, patrem orans in Euāgelio. Id si curabimus, vtcūq; pro virili gratiam referemus, tã singulariter de nobis meritò, & illi referendo gratiã, ipsum nobis lucrifaciemus. Referemus autē hoc plenius, quò vehemētius redamabimus. Porro hoc magis illum redamabimus, quò magis vita ac moribus

*Christus  
primò discendus.*



ribus exprimemus. Iam quò magis exprimemus, hoc magis ipso locupletabimur.

*Tertia pars.*

**A**T interim nōnullis forsitan succurret animo, duram hāc esse militiam, repudiatis omnibus, cum Christo crucem tollere. Sed memineritis fratres dilectissimi, longè diversam mundi & Christi esse naturā. Mundus ceu fucata meretrix, prima fronte blandus nobis, & aureus occurrit, postea quò ingrediare altius, quò propius inspicias, hoc magis ac magis tetra, putida, fellita sunt omnia, E diverso Christus procul intuentibus durior apparet, dum cruces videmus, dum voluptatum ac vitæ contemptum. Verùm si quis fidenti animo totum sese in illum reijciat, reperiet nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil dulcius. Nisi fortè verùm non dixit veritas in Euangelio, cū ait: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Hæc nimirum verè est ardua illa virtutis via, quam & olim tantò ante Christum vtcunque somniauit Hæsiodus, primo aditu asperior, progressu semper & facilior, & a-memior. Sed quid tandem asperum vi-

*Mundus  
ab initio  
blandus.*

Spes præ-  
miij.

deri potest, quò ad tam ingens, tam certū  
itur præmium? Si, iuxta sapientis dictum,  
spes præmiij minuit vim flagelli, qui in hac  
momentanea vita, non leue, non dulce  
iudicet, quo cœlestem illam, & nunquā  
defituram sibi paret vitam, æternum re-  
gnare cum Christo, assidue summum illud  
intueri bonum, versari in angelorum con-  
tubernio, ab omni malorum metu procul  
abesse? *Quis oro tantum hoc præmium,*  
*nō vel sexcentis mortibus emptum velit?*  
Atqui hoc tantum donatum pollicetur  
militibus suis imperator noster **I E S V S**,  
qui neq; fallere potest, neq; mentiri nouit.  
Iam apud vosmetipsos expendite fructus  
æternitatem, ac magnitudinem, contrā q̄  
breue huius militiæ tempus, nimirū haud  
longius ipsa vita, quæ quid aliud est quàm  
vapor ad exiguum tempus apparens, aut  
vnius horæ somniū? Sed agendum de hoc  
interim inæstimabili præmio *fileamus*, at-  
que inspiciamus, quàm abūdè magna ma-  
gna mercede dux noster militum snorum  
labores etiam in hac vita compenset, quā-  
que disparem metant messem qui mundo  
militant, & qui merēt sub Christo **I E S V**.  
Audiamus quid ipsi dicant impij in libro  
Sapientiæ: *Lassati sumus in vita iniquita-*  
tis

tis & perditionis, ambulauimus vias difficili-  
 ciles, viam autem domini ignorauimus. Illectat mundus fucatis bonorum simula-  
 chris, quæ nihil aliud sunt, quàm mellita  
 venena. Mox attractos, & velut inautora-  
 tos, Deū immortalem, in quas curas, quas  
 sollicitudines, quas turbas, quæ dispendia,  
 quæ dedecora, in quā consciæ mentis car-  
 nificinam, in quàm infelicem exitum mi-  
 seros adducit? vt hic quoq; iam abūdè ma-  
 gnas impietatis pœnas dedisse videantur,  
 etiam si nulli consequantur inferi. At qui  
 reiectis mundi fucis, in I E S V M, hoc est,  
 summum bonum, omnem amorē, curam  
 studiumq; transferunt, totiq; ab illo pen-  
 dent: iuxta promissum Euangelicū, non  
 modò vitam æternam possidebunt, verū-  
 etiam in hoc seculo centuplum accipient.

Quid est autē accipere centuplum? Nem-  
 pe pro fucatis bonis, vera: pro incertis, cer-  
 ta: pro fluxis, æterna: pro veneno tinctis,  
 syncera: pro curis, ocium: pro sollicitudine,  
 fiduciam: pro turbulentia, tranquillitatē:  
 pro dispendijs, vtilitatem: pro flagitijs, in-  
 tegriratem: pro conscientia cruciatu, se-  
 cretum & ineffabile gaudium: pro turpi  
 atque infelici exitu, gloriosam ac trium-  
 phalem mortem. Spreuisti diuitias amo-

*Centuplū  
 recipere.*

re Christi, in ipso veros inuenies thesauros: reiecisti falsos honores, in hoc longè eris honoratior: neglexisti parentum affectus, hoc indulgentius fouebit te pater verus, qui est in coelis: pro nihilo habuisti mundanam sapientiam, in Christo longè verius sapiens æ felicius: aspernatus es pestiferas voluptates, in ipso multò alias inuenies delicias. Breuiter vbi arcanas illas, sed veras opes Christi, dispulsa mundi caligine videris, omnia quæ prius arridebant, quæ sollicitabant, ea non solum non admiraberis, sed perinde vt pestes quasdam fugies, reijcies, auersaberis. Fit enim mirū in modum, vt simul atque coelestis illa lux animos nostros penitus attigerit, protinus noua quædam rerum omnium facies oboriatur. Itaque quod paulò antè dulce videbatur, nunc amarescit: quod amarū dulcescit: quod horrendum, blāditur: quod blandiebatur, horrescit: quod splendidū ante, nunc sordidum: quod potens, infirmum: quod formosum, deforme: quod nobile, ignobile: quod opulentum, egenū: quod sublime, humile: quod lucrum, damnatum: quod sapiens, stultum: quod vita, mors: quod expedendum, fugiendum, & contrā. Vt repente mutata rerum specie, nihil minus esse iudices,

*Prestigiam  
mūdi christus  
dissipat.*

dices, quàm id quod esse videbantur. Ergo in vno Christo cōpendio ac vera reperiuntur omnia bona, quorū inanes ac mēdaces imagines & vmbrae, ceu pręstigias mūdus hic ostendit, quas miserū mortaliū vulgus, tantò animi tumultu, tantis dispendijs, tantis periculis per fas nefasque persequitur. Quam obsecro beatitudinē cū hoc animo cōferre queas? qui iā liber sit ab errore, liber ab affectibus, securus, semper gaudens ob testimonium conscientię, nulla de re sollicitus, altus, sublimis, ac cœlo proximus, iamq; supra sortem humanam, qui in Christo excelsissima petra nixus, omnes huius seculi fucos, tumultus, procellas ex alto rideat, negligat, vel potius cōmiseretur. Quid autē timeat is, qui propugnatorē habeat Deum? ignominiā? at summa est gloria pro Christo ignominiā pati. paupertatē? at opum sarcinam lubēs abijcit, quisquis ad Christum properat. mortē? at ea maximē in votis est, per quam scit sese ad immortalē vitā esse transmittēdum. Qua de re sit sollicitus, cuius pater cœlestis etiā pilos habet annumeratos? Quid autē cupiat is, qui in Christo possidet oīa? quid enim nō cōmune mēbris & capiti? Iam verò quanta est hominis non modo felicitas, verum

*Christus  
firmat.*

verumetiã dignitas, viuum esse membrũ sanctissimi corporis ecclesie, idem esse cum Christo, eandem carnem, eundẽ spiritum, communem cum illo habere patrem in cœlis, Christum habere fratrem, ad comunẽ cũ illo hæreditatẽ destinatũ esse breuiter iam nõ hominẽ esse, sed Deũ? Adde his gustum quendam felicitatis futuræ, quem pię mentes subinde percipiũt. Hæc nimirum viderat, hæc senserat propheta, cùm ait: Nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparasti Deus diligentibus te. Proinde charissimi sodales, si dabimus operam, vt verè Christi mēbra simus, iuxta illud propheticum dictum: Iustus vt palma florebit: etiam in hac vita perpetua quadam adolescentia vernabimus, non animo tantum, verumetiã corpore. Etenim quem admodum floridus ille IER. V spiritus in nostrum spiritum redundabit, ita noster vicissim in suum corpus influet, & quoad fieri potest, in sese transformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor vestiũ fordes ferre. Nam animus noster habitaculum est Dei, animi domicilium est corpus: porro vestis & ipsa corporis quodam modo corpus est. Ita fiet, vt capitis puritati to-  
 totus

*Gustus felicitatis futura.*

rotus homo respondeat, donec peracta  
hac vita ad immortalitem traducatur.

## EPILOGVS.

**A**Gite igitur optimi commilitones, ad  
hãc tantam felicitatem summis viri-  
bus enitatur, ducem nostrum Iesum v-  
num admiremur, quò maius nihil esse po-  
test, imò, sine quo nihil est omnino ma-  
gnum. Hunc amemus, quò nihil esse me-  
lius potest, imò extra quẽ nihil est omni-  
no bonum. Hunc imitemur, qui solus est  
verum & absolutum pietatis exẽplar, ex-  
tra quem quisquis sapit, desipit. Huic vni  
inhæreamus, hunc vnum amplectamur,  
hoc vno fruamur, in quo est veta pax, gau-  
dium, tranquillitas, voluptas, vita immor-  
talitas. Quid multis? summa bonorum  
est omnium. Extra hunc nihil suspiciamus,  
nihil amemus, nihil appetamus, huic vni  
placere studeamus. Meminerimus nos sub  
illius oculis, & illius angelis testibus, quic-  
quid agimus agere: zelotipus est, nec vllas  
mundi sordes patitur. Quare puram & an-  
gelicam in illo viuamus vitam, ille sit no-  
bis in corde, in ore, in omni vita. Hunc pe-  
nitus sapiamus, hunc loquamur, hunc mo-  
ribus exprinamus. In illo negotium, ociũ,  
gaudium,

gaudium, solatium, spem, præsidium omne  
 collocemus. Hic à vigilantium animis  
 nunquàm discedat, hic dormientibus oc-  
 curset. Hunc & literæ nostræ, & lusus etiã  
 sapiant, per hunc & in hoc crescamus,  
 donec occurramus in virũ per-  
 fectum, & gnaviter obita  
 militia, perpetuum  
 cum illo trium-  
 phum agamus  
 in cœlis.  
 Dixi.

F I N I S.

LIBELLVS LOQVITVR.  
*Nil moror aut laudes, leuis aut cõuitia vulgi,  
 Pulchrum est, vel doctus, vel placuisse p̃ys.  
 Spe quoq; maior erit, mihi si cõtingat vtrũq;  
 Cui Christus sapit, huic si placeo, bñ habet.  
 Vnicus ille mihi, vena largitor Apollo,  
 Sunt Helicon, huius mystica verba, meus,*





D  
R

acc. 1.

**DE PRAEPA-  
RATIONE AD  
MORTEM, LIBER  
CVM PRIMIS PI-  
VS: DES. ERAS.  
ROT. AV-  
TORE.**



**Eiusdem de Morte declama-  
tio, in genere con-  
solatorio.**



**LVGDVNI.**

## DES. ERAS. ROT.

CLARISSIMO VIRO

D. Thomæ Comiti Vultifche-  
riæ, & Ormanitæ

S. D.



**A**D ipsum Christiana philosophia  
celophonem me vocas, vir claris-  
sime, sed pietatis studio quam  
fortuna ornamenti clarior: dum  
adhortaris, vt superioribus addâ vel breuem  
Cōmentarium, quomodo se quisq; ad mortem  
preparare debeat. Hic est enim extremus hu-  
mana vite, veluti fabula actus, vnde pendet  
vel aterna felicitas hominis, vel aternū exi-  
tium. Hic est supremus cum hoste conflictus,  
à quo Christi miles sempiternum expectat  
triumphum si vicerit, sempiternam ignomi-  
niam si victus fuerit. Equidem in hoc nego-  
dio iam dudum totus eram, quum adhortatio  
tua mihi veluti calcas accessit currētī. Quam  
quam tum quidē vni mihi philosophabar. Sed  
tua pietas cepit, vt hic quoq; fructus per nos  
fiat multorum cōmunis. Vtinā domini beni-  
gnitas largiatur sanctissimis votis tuis, meoq;  
conatui felicē euentum, ego certe nō relucta-  
bor illius volūtati, cuius instinctu hoc meum  
obsequium abs te postulari arbitror. Vale.  
Apud Eriburgū Brisgoe Cal. Decēb. 1533

# DESERAS

MI ROTER. LIBER

quomodo se quisque de-  
beat preparare ad  
mortem.

\*



**Q**UONIAM M<sup>U</sup>NDUM terribilium ma-  
ximè terribilis est mors, ait  
quidam magni nominis phi-  
losophus, sed qui non audie-  
rat cœlestem illum philoso-  
phum, qui nos docuit non verbis tantum,  
sed evidentibus etiam exemplis, hominem  
morte corporis non perire, sed distrahi:  
animã velut è molestissimo carcere edu-  
ci in beatam requiem, corpus item aliquã-  
do ad gloriæ societatem reuicturum. Non  
audierat illud à *spiritu* spirit<sup>u</sup>: Beati mortui  
qui in Domino moriuntur. Non audierat  
Paulum lamentantē, ac suspirantem, Cupio  
dissolui & esse cū Christo. Et, Mihi viuere  
Christus est, mori lucrū. Sed miradum non  
est, si qui credunt totū hominē morte peri-  
re, nec habent hanc spem, quã sola in Chri-  
stū fides nobis porrigit, quum aliorū mor-  
tem deplorant, tum suã horrent atq; abo-

*Aristote-  
les.*

*Apoc. 14.*

*Phil. 1.*

A 2 minantur.

minantur. Illud potius mirandū, tam multos esse mei similes, qui quum vniuersam philosophiam Christianam & didicerint & profiteantur, tamē sic expauescunt mortē, quasi au credāt nihil hominis superesse ab exhalata anima, aut Christi promissis diffidant, aut de se prorsus desperēt, quorū primum est Sardanapallicorum, alterū incredulorum, tertium Dei misericordiā ignorantū. Hac in parte similes videntur gentibus, quæ Deū ignorant. Deū enim ignorat, qui nescit illū esse infinitæ misericordiæ. Illud extra controuersia est, quòd hominum vulgus sic expauescit ad mortis recordationem, partim ab infirmitate fidei proficisci, partim ab amore rerum mundanarum. Nescit trepidare qui cū Apostolo plena fiducia dicit. Siue viuimus, Domino viuim⁹, siue morimur, Domino morimur. Itaq; siue viuimus siue morimur, Domini sumus. Quod autem Dominus semel in suam tutelā recepit, perire nō potest. Hinc ista prophetica vox imperterritę mētis testis: Si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecū es. Neq; enim Dominus fidelis vnquam deserit, qui se totos in illius fidē tradiderunt, sed custodit eos vt pupillam oculi sui. Si-  
quidem

Ro. 14.

Psal. 22.

quidem ille Dominus vitæ est pariter ac mortis, cui nihil est mortuū : sed viuunt omnia, quæ ipsi per fidem adherēt. Ex fidei imbecillitate nascitur amor cōmodorum temporaliū. Nam si toto pectore crederemus, quæ Deus promisit nobis per filium suum Iesum, facile valescerēt omnia huius vitæ oblectamēta, ac mors quæ ad illa molesto quidem illo, sed breui traiectu transmittit, minus esset formidabilis. Clamat ibi le sapiēs Hebræus: O mors, quàm amara est memoria tua. Sed quid addit? Homines pacē habent in substantijs suis. Nō ait, Habent diuitias, nā multi homines pij possederūt diuitias: sed in his acquiescēt. Quod de facultatibus dictum est, idē sentiendum de honoribus, voluptatibus, vxore, liberis, cognatis, amicis, de forma, iuuentute, bona valetudine, breuiter de cōmodorum omni genere, quæ mors pijs simul ac impijs eripit. Quo impensius aliquid diligimus, hoc grauius ab illo diuellimur. Si quid mirabere, pones inuitus: ait quidā absq; Christo sapiens. Miratur autem hæc temporaria quisquis in illis conuiescit, tanquam proprijs perpetuisq; bonis, quum hæc omnia commodatitia sint ac momentanea, non tantum æquo animo verū & cum gratia-

Cor. 4.

rum actione ponenda, quotiescunq; repetit is qui dedit. Nam in huius mundi bonis conquiescere, frui est, quibus oportuit uti, atq; hoc ipsum etiã obiter ac velut in transitu: quemadmodũ admonet Apostolus Corinthios: Reliquũ est, fratres, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam nõ flentes, & qui gaudent tanquã non gaudẽtes, & qui emunt tanquã non possidẽtes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mũdi. Viatores sumus in hoc mundo, non habitatores in diuersorijs, aut ( ut melius dicam ) in tabernaculis peregrinamur, non in patria viuimus. Totã hæc vita nihil aliud est, quã cursu ad mortem, isq; perbreuis: sed mors ianua est æternæ vitæ. Apud Iudeos quoniam cõtractus ad certũ diem finiebantur ex legis præscripto, quo temporis interuallum erat breuius, hoc lenior erat rerum indicatura. Quanto igitur viliora nobis esse debẽt hæc omnia momentanea, tot casibus obnoxia, quæ ut nullus casus eripiat, certè mors omnibus adimit omnia. Adde huc quòd qui currũt in stadio, vident quantũ spatij à tergo reliquerint, quantum super sit ad metã: & olim qui Iubilæum expectabant, sciebant quandiu li-

ceret,



eeret frui rebus emptis. At nemo mortali-  
 um est, qui certò norit se postridie victu-  
 rum: currimus, sed mortē habētes in pedi-  
 bus, imò toto corpore nobiscū circūferen-  
 tes. Vitam gratis accepimus à Domino, sed  
 hac lege, vt omni momento reddamus re-  
 poscēti. Nā vt contingat senectus, quę quàm  
 paucis contingat, nullus ignorat: quid est  
 per Deum immortalē tota hominis ætas,  
 nisi breuissimum stadium, in quo velimus  
 nolimus assiduè currim⁹, siue dormiamus,  
 siue vigilemus, siue deliciemur, siue discru-  
 eiemur. Rapit nos torrentis in morē perpe-  
 tuus seculorū cursus, etiā si nobis aut alijs  
 videamur cōquiescere. Ergo si precia rerū  
 mundanarum breuitate temporis æstima-  
 mus, vilissima sint oportet, quæ nec horam  
 habent certam. Quæ verò parui æstima-  
 mus, ab ijs facile diuellimur. Quæ admodū  
 qui domi non agunt, sed peregrinantur, si  
 quid in diuersorijis aut in via commodi se-  
 se obtulerit, non admodum adiiciunt ani-  
 mum, quippe mox relicturi quod delectat,  
 si quid incommodi, facile perferunt: sic co-  
 gitantes, Hic prandeo, alibi cœnaturus.  
 Quæ videntur, inquit Paulus, temporaria  
 sunt: quæ non videntur, æterna. Atq; hæc  
 est magna Christianæ philosophiæ pars,

quæ nos morti præparat, vt contēplatione  
 tērtim æternatum ac celestium discamus  
 temporariarū ac terrenarum cōtemptrum.  
 Plato totam philosophiam nihil aliud iu-  
 dicabat, quàm meditationē mortis. Medi-  
 tationē autem dixit præparationem ac ve-  
 lut exercitationem ad mortem, non aliter  
 quàm tyro cū hoste depugnaturus, ad palā  
 exercet sese: quo dicto nihil salubrius, si  
 quidē à philosopho philosophicè dictum,  
 Christiani Christiano sensu accipiamus.  
 Neq; enim contēplatio mathematicarum  
 formarum à materijs abstractarū, aut idea-  
 rum Platoniarum imaginatio præstat, vt  
 bene moriamur: sed si fidei oculis subinde  
 speculemur omnē humanum sensum exce-  
 dentia bona, quæ Deus per filiū suum Ie-  
 sum promisit ipsi fidentibus, mala quæ cō-  
 minatus est incredulis & inobedientibus.  
 Hæc deterrebunt à peccando, illa prouo-  
 cabūt ad bene agendū. Est quidem æterna  
 veritas in quibusdā disciplinis humanis, sed  
 quæ nemini conciliat verā beatitudinem.  
 Hic æternus est qui promisit, æternus per  
 quē promisit, æterna sunt quæ promittit,  
 æternā felicitatē adferunt cum fide am-  
 plectentibus, æternam infelicitatem negli-  
 gentibus. Hæc meditatio mortis, est veræ  
 vitæ

vitz meditatio: nec solū hoc præstat, quod pollicetur philosophus, vt anima minus grauatè demigret è corporis domicilio, verū etiā vt cū alacritate spiritus, velut ex obscuro molestoq; carcere gestiēs, exiliat in beatum libertatem, ac lucem illā vere amabilem quæ noctem nescit. Corpus enim quod corrūpitur aggrauat animā, ac terrena habitatio deprimat sensum multa cogitātem. Eoq; clamat diuinus ille citharædus, Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo Domine. Summa felicitatis humanæ est, contēplari & laudare conditorē, redemptorem & gubernatorem suum. Ad hūc enim finem cōditus est homo. Hanc felicitatē hominis frequenter interpellat huius corpusculi quod circūferimus imbecillitas, tot necessitatibus, tot malis, tot periculis obnoxij. Idem & beatus Paulus grauatus carneo tabernaculo, miserabiliter ingemiscens clamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hoc? Vidit enim sūmē beatos esse, qui habitarent in domo Domini, laudātes illum in secula seculorum. Sic affecti sunt homines verē pij, quorū, licet corpore degāt in terra, tamen thesaurus, cor, & conuersatio in cœlis est. Sed paucorum est ista

Sap. 9.

Psal. 141.

Rom. 4.

A s fortitudo:

uit morbos, eiecit daemones, nobis esuriit ac sitiit, nobis contumelijs affectus est, nobis sub mortis tempore angore tædioq; victæ percussus est, nobis sudavit sanguinē, nobis vincētus ac cæsus est, nobis mortuus est ac reuixit, deniq; nobis sedet ad dexterā patris. Dū omnia mala nobis debita in se recepit, ea nobis superāda tradidit, videlicet, iam fractis illorum viribus, ac pro modo afflictionum addito spiritus robore. *Monstrauit vincendi viam, addit certandi votū, certantibus auxiliū suppeditat.* Sic ille vincit in nobis, si modò nos illo maneamus. *Manemus autem per fidem & charitatem.* Si quis requirat, vbi nam extet hoc chirographum, quod nos securos reddat: In scripturis Canonicis, in quibus legimus verba Dei non hominum. His non minus habendū est fidei, quàm si Deus illa tibi proprio fuisset ore proloquur<sup>9</sup>. *Ausim dicere & alio quanto amplius.* Nam si Deus per creaturam aliquam speciem tibi loqueretur, fortassis quorundam piorum hominū exēplo subhæsitarēs, nunquid fuci lateret in imagine. At istā hæsitationem omnē nobis penitus exemit ecclesiæ catholicæ perpetuus consensus. In hoc ergo chirographo per omnē vitam philosophari, optima ad mortē præparatio

paratio est. Quęadmodum ait Apostolus, *Roma. 15.*  
 Vt per patientiam & consolationem scri-  
 pturarum spem habeamus. Rursus si quis  
 quærat quomodo & quando Christus hæc  
 deuicit: Carnem deuicit, ac vincendi ra-  
 tionem ostendit, quam iuxta naturam  
 assumptam mortem esthorrens, ait pa-  
 tri: Veruntamen non sicut ego volo, sed si-  
 cut tu. Et alibi de se testatur, Non venit vt  
 facerem voluntatem meã, sed eius qui mi-  
 sisit me. Nihil est tam horribile naturę hu-  
 manę, quod auxilio Christi non superetur,  
 si nos totos cõmittamus, ac submittamus  
 volũtati diuinę, & in grauissimis afflictio-  
 num procellis semper illud optimi senis ac  
 laudatissimi regis habeamus in animo: Do-  
 minus est, faciat quod bonũ videretur in ocu-  
 lis ipsius. hæc verba magica nõ sunt, sed o-  
 mnibus incantamentis efficaciora. Quę  
 quisquis ex animo pronũciat, & in hac fi-  
 ducia perstiterit, nõ est quod desperet, etiã  
 si vniuersum malorũ agmen vnã cũ ipsis  
 inferis in vnũ irruat hominẽ. Omnipotens  
 est qui pugnat pro nobis, quiq; loquitur in  
 Psalmo, Cũ ipso sum in tribulatione, eri-  
 piam eum & glorificabo eum. Quũ audis,  
 Cum ipso: noli tuas vires expẽdere, sed au-  
 xiliantis potentiam respice. Quum audis,  
 Erip

Expiam cum noli despouere animam, & diutius vsget afflictio: Faciet ille sine dubio quod promisit, & opuit quando expedit te leuari malis. Quū audis, Glorificabo eum; certū habeto te quemadmodū Christo fuisti confor s crucis, & gloriæ futurum confortem. Sed memeto quid præcesserit, Clamauit ad me, Tuū est clamare, & clamare ad Dominū, non ad mundi præsidia, nō ad vires ac benefacta tua, sed ad Dominū, qui solus potest ab his malis eripere. Nihil hominis natura fragilius, & tamē nemo verbis consequi valeat, quot, quā atroci- bus malis ac terrorib<sup>9</sup> sit obnoxia. Vt enim omittam fulmina, terre cōcussions, maris inundationes, telluris hiatus, bella, latrocinia, homicidia, veneficarū artes: quis percenseat omnes morborū formas? Et in his quā multi sunt, tam horrendi, tamq; cruciabiles, vt ad solā mentionē contrēmiscat homo, quod genus sunt epilepsis, paralyfis, exulceratio vesicæ, phrenesis. Taceo pestilentiarum subinde in peius sese aduersus medicorum remedia innouātiū, crebros incurfus, vt verissimè dictum sit illud:

Mille modis lēti miseris mors vna fatigat.

Quī fieri possit, vt nos & corporibus & animis

animis tam infirmis, tam immagibus procellis pares esse valeamus? Prorsus actum esset de bonis, etiam si nullum accederet peccatum, nisi dextera Domini subleuaret imbecillitatem nostram. Superest mundus non mediocre certamen afferens pijs. Mūdum autem appello veterem hominem cum actibus & cōcupiscentijs suis. Tamen si mundi nomine non absurdè possis accipere homines huic mundo deditos, quinūquam desierunt, nec vnquam desinēt summa vi belligerari aduersus Christum & huius discipulos. Verum ad hoc certamen animat nos dominus, dicens: Cōfidite, ego vici mūdum. Quām autem ille fuerit alienus à mundanarum rerum concupiscētia, declarat, quum ait: Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Nā in eo quisq; reclinat caput, in quo conquiescit animus, ac velut in dormiscit. Quām autē violentus & improbus sit hic mundus, norunt qui seriō conantur piē viuere in Christo.

LE 3 V. Concupiscentias nostras in se recepit, sed non aliter quām recepit peccatum, pro nobis dependens supplicium, quod nostris affectibus & actis debebatur. Cæterum quicquid hic mundus habet machinatum, id totum expedit in dominum, probra;

bra, infamiam, insidias, potentiam, cruciatum, mortes. Quid non fecit mundus, ut Christi nomen funditus extingueret? Et ecce vivit ac floret in caelo pariter & in terra. Vicit autem dominus, non ut dormiremus, sed ne desperaremus. Hostem nobis tradidit non omnino mortuum, sed fractum ac vincibilem, quo nobis per certamen parata esset corona gloriae. Si quaeras quomodo vincatur mundus, Ioannes intimus Christi discipulus docet: Haec est, inquit, victoria quae vincit mundum, fides vestra. Certa igitur fideliter, omni fiducia commissa in Dominum: nec dubita quin illius auspicijs praesidijsque victor sis evasurus. Restat peccatum in quo infeliciter nati sumus, & in quod post baptismum infeliciter reoluti, pondus graue, quippe corpus & animam demergens in tartara. Hoc quoque onus nobis importabile, dominus in se dignatus est recipere, quemadmodum praedixerat Esaias, Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Item Apostolus: Eum qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Peccatum vna res est, quae inimicitias gignit inter Deum & hominem, quemadmodum testatur Esaias. At misericors

Ioan. 5.

53.

2. Cor. 5.



ricors pater, quum nulla reperiretur satis  
 efficax hostia ad abolenda scelera generis  
 humani, misit filium suum, agnū expertem  
 omnis maculæ, hac verè pura victima mū-  
 dum recōcilians sibi. Dixerit hic aliquis: Si  
 per Christum sublatum est peccatū, vnde  
 fit, vt omnis mortalium vita peccatis vn-  
 diq; scateat? Iam enim & de bonis homini-  
 bus loquor. Nō sustulit in totū peccatum,  
 sed vires illius fregit, non vt nullum sit in  
 nobis, sed ne regnet in nobis, quemadmo-  
 dum regnat in his, qui nō fixerunt spei suæ  
 an coram in Domino **I E S V**, ac seruiūt cō-  
 cupiscentijs suis. Eoq; Paulus hortatur, ne  
 committamus, vt peccatum regnet in no-  
 stro mortali corpore. Relicta est nobis cer-  
 tandi materia, sed porrecta sunt arma, qui-  
 bus muniti superemus. Sic efficiuntur iusti-  
 tia Dei, nō ex operibus nostris, sed ex gra-  
 tia Dei. Per quem? Per ipsum, quē pro no-  
 bis peccatū fecit, & de peccato damnauit  
 peccatū. Restat Satanas & peccati & mor-  
 tis parens ac princeps tenebrarū harū, cu-  
 ius potentiam & malitiosas artes nūquam  
 cessantes, horrent filij lucis, dū trepidi cla-  
 mant ad patrem, Ne nos inducas in tenta-  
 tionem sed libera nos à malo. Hic est ille **I. Pet. 5.**  
 tentator & accusator fratrum, qui iuxta beati

B

Petri

Petri sermonem, circumit tãquam leo rugiens, quærens quem deuoret. Verũ & huius assultus Dominus. tum vicit ipse, tum vincere nos docuit. Frequenter adortus est Dominũ: hoc enim subindicat Lucas quum ait, Et recessit ab eo ad tempus: sed semper victus discessit. Quomodo victus? Clypeo scripturarum repulsus, gladio verbi Dei confossus. Ergo quoties ille nobis suggerit, quod pugnat cum voluntate diuina in sacris expressa voluminibus, verbi diuini mucrone confodiatur: atq; exemplo Dauidis, quinq; lymphidissimis lapidib<sup>9</sup> de torrẽte scripturarum collectis deijciatur. Sed nos cum hoc Goliath cõgressuri, prius abijciamus arma Saulis, quæ est panoplia superbiæ: hæc est fiducia mundanæ sapientiæ, confidentia virium ac meritorum nostrorũ, quæ magis onerant, quàm muniunt: sufficiat nobis baculus fidei, qui consolatur ac fulcit nos in hac peregrinatiõẽ, & quinque verba, quæ beatus Paulus loquitur in ecclesia. Si vrgeat improbius, audiat, Abi retro Satana. Iustius est obedire Deo ad æternam felicitatem vocanti, quàm tibi ad æternum pellicenti exitium. Hic præcipuas partes agit fides. Vnde Petrus, Cui resistite fortes fide. Crede scripturis, ac fiduciam omnem

omnem in Christo reponere, & in manibus est victoria. Est autem dæmoniorum genus, quod non eicitur nisi per precationem & ieiunium. En habes alia duo tela. Probabile est autem Satanam, quum toties frustra fuisset adortus Dominum, in cruce omnes admouisse machinas, quum videret instare mortem. Hic enim est extremus conflictus, è cuius euentu, vel speratur æternus triumpus, vel expectatur nota sempiterna. Ait enim: Venit ad me princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam. Ioan. 14. Nec dubium est, quin quod ausus est in dominum, audeat & in membra domini. Sed quemadmodum ab ipso victus est, ita per illum vincetur in nobis. Quum enim oppugnat eos, in quibus Christus per fidem & charitatem inhabitat, cum ipso Christo bellum gerit, in quo quam diu perseueramus, turpius vincetur à nobis, quam ab ipso domino superatus est. Omnia possum, inquit Apostolus, in eo qui me corroborat. Satanus qui cum nobis conflictatio est, dicitur princeps huius mundi, non quod ullius habeat in ullam partem creaturæ, sed quod in his quodammodo regnet, qui mundum diligunt. Cæterum qui nos tueretur, dominus est cæli & terræ, qui solo nutu plus va-

B 2      let,

let, quàm vniuersa dæmonū examina cum  
 Matt. 12. organis suis. Solus is potuit ingredi domū  
 illius fortis, & ipso alligato diripere vasa  
 illius. Quid adhuc superest tentationum?  
 Mors, mors inquam illa, ad cuius mentio-  
 nem contristantur omnia. Hæc nec vi de-  
 pelli, nec fuga vitari, nec artibus eludi po-  
 test. Primus naturæ affectus est, vt quæq;  
 res, quod est tueatur. At mors aduersus hūc  
 naturæ affectum minatur exitium, hoc  
 detestabilior, quòd coniunctissima diuidit.  
 Nulla enim æctior copula quàm corporis  
 & animæ. Et huic horrorem nobis domi-  
 ni clementia leniit. Primum quòd ipse no-  
 stra causa non grauatus est mortis horro-  
 rem, & mortē ipsam, eāq; ignominiosam  
 iuxtā atque acerbam in se recipere. Neque  
 quenquam sanctorum quamlibet insigniū  
 ab hac immunem esse voluit, non Abra-  
 ham fidelem, non Moſen familiariter dile-  
 ctum, non Dauid virū secundum cor suum,  
 non è prophetis quenquam, non Ioannem  
 Baptistam, de quo extat magnificū domini  
 testimonium, nō matrem vnice dilectam,  
 non saltem è discipulis illum, quē præ cæ-  
 teris amauit impēse. A' primo homine vs-  
 que ad consummationem mūdi, statutum  
 est omnib; semel mori. Vade Græcis dicta.

μίγ.

*μίσος παρὰ τὸ μίσω,* & omnibus ex æquo  
 sit distributa, regibus, pōtificibus satrapis  
 æquè ac colonis & mendicis. Cuius igitur  
 impatientiæ fuerit, nolle tolerare malum,  
 cum talibus tantis ac multis commune?  
 Tu quod naturæ velis nolis persoluendū  
 est, refugis cum omnibus sanctis subire?  
 Qui natura erat immortalis, pro te factus  
 est mortalis: & tu quum morti sis natus, ac  
 toties mortē commerueris, postulas vnus  
 omnium haberi immortalis? Hic igitur  
 tecum reputa quot & quales habeas con-  
 sortes, & æquiore animo feres conditionē  
 tuam. Alioqui nihilo verecundius est indi-  
 gnari, quòd morituri sumus, quàm si indi-  
 gnemur quòd nati sumus, aut quòd homi-  
 nes cōditi sumus nō angeli. Hoc est primū  
 mortis lenimentum, haudquaquā exiguū.  
 Id fiet efficacius, si veram subducamus ra-  
 tionem, qualia sunt quæ hic relinquimus.  
 Multos enim discruciat mors, tantū intue-  
 tes quæ cōmoda hic relinquunt. Tum in  
 mentem veniunt, iucundus solis aspectus,  
 pulcherrima cœli machina, amœna mūdi  
 vernantis species, lusus, cōuiuia, vxor, libe-  
 ri, domus, horti. Sed aperiendus est alter  
 oculus quo perspicias quantò plus malorū  
 hic relinquant quàm bonorū, & in his ipsis  
 B 3 quæ

quæ bona videntur, quantum admixtum  
 fit calamitatis & amaritudinis. Recurrat  
 memoria per omnis vitæ grad<sup>o</sup>, quàm sor-  
 dida conceptio, quàm periculosa gestatio,  
 quàm miseranda natiuitas, quot malis ex-  
 posita infantia, quot obnoxia iniurijs ado-  
 leſcentia, quot vitijs inquinata iuuentus,  
 quot curis diſtricta virilis ætas, quàm cala-  
 mitioſa ſeneſtus: & haud ſcio an quẽquam  
 reperturus ſis tam felici ſorte natum, vt ſi  
 Deus concedat iſdẽ veſtigijs ab ipſo con-  
 ceptu per omnẽ acti temporis ſeriem ad  
 ſeneſtutem recurrere, iſdem fruituro bo-  
 nis, eadem perpeſſuro mala, accepturus ſit  
 cõditionem. Quàm igitur inſignis incogi-  
 tantiz eſt, tantopere conturbari, quum eſt  
 deponendum, quod nobis ſi licet ab inte-  
 gro repetere, ſimus reculatori. Omitto nũc  
 mala, quib<sup>o</sup> hæc vita ſic eſt inuoluta, vt qui-  
 dam ethnici iudicarint nihil à dijs, vt illorũ  
 more loquar, homini datum beneficen-  
 tius, quàm quod addiderint facultatem a-  
 brumpendi vitam, quoties viſum fuerit: &  
 nobilis ille poëta nõ dubitarit pronũciare,  
 Nullum eſſe animal homine calamitoſius.  
 Quod ſi leuis eſt ethnici vatis autoritas,  
 Eccleſiaſtes ille ſacer nõ veritus eſt ſcribe-  
 re, meliorẽ eſſe diẽ mortis quàm natiuita-  
 tis.

tis. Tantū de malis, nunc de bonis. Subdu-  
 cito rationem quātum curarum ac mole-  
 stiarum attulerint opes, à quibus nunc di-  
 uelli non potest. Quāto plus aloēs quā  
 mellis attulerit vxor, cuius amore nunc  
 horres mortē. Quāto attulerit solitudi-  
 nis liberorū educatio, quāto offensionū  
 ac dedecoris illorū mores. Adde his animū  
 hominis semper in peius vergentem. Vt e-  
 nim non fit in omnibus, certē in plerisque  
 verū est illud Augustini, Qui maior est æ-  
 tate, maior est iniquitate. Deniq; pone ad  
 dexteram huius vitæ cōmoda, ad leuā incō-  
 moda, & expende totius æui quod hic agi-  
 mus breuitatē. Infantia non sentitur, ado-  
 leſcentia præternolat aliud agētibus, iuue-  
 tus excipitur varijs curis, senectus obrepi-  
 t imprudētibus. Quid autē est hæc tota sum-  
 ma, nisi punctum ad illā æternitatem ad-  
 quam emigramus, si quidē hic piē vixerim-  
 us: extrahimur, si impiē? Harum rerum  
 seria cōtemplatio non leue remedium est  
 aduersus horrorem mortis. Alterū est hoc  
 etiam efficacius, quòd dominus pro te mo-  
 riens effecit, vt mors quæ prius erat trās-  
 tus ad inferos, nūc sit ianua cœli: & quæ or-  
 lim fuit initium æternorū cruciatuū, nunc  
 sit aditus cœlestium gaudiōrum, vt iam

Christo fidentibus mors non solū damnosa non sit, sed summopere lucifera. Ac ne qua pars hominis desideraretur, ipse resurgens cum sanctis compluribus fecit nobis certissimam spem, fore ut corpora reuiuiscant in nouissimo die, iamq; glorificata recipiant suam quæq; hospitem animam, solatio deinceps futura, non oneri. Sed de morte mox incidet dicēdi locus. Vt autem peragamus, quod nunc agimus, Superest his omnibus in vnum aceruum conflatis terribilius malum, Tartarus, vnde negat redire quenquā, absorbens omnia, nec vnuquā reddēs deuorata. Hoc est barathrum desperationis; & vt Apocalypsis loquitur, mors secunda. Cogitet quisq; qualis sit illa vita, vbi summū malorū est immortalitas, vbi magna cruciatus pars est dæmonū & impiorum hominum societas, vbi ignis nūquam extinguendus, ad quem noster collatus, mera glacies est: adde quod illic incendium est minima dolorum portio, qui tñ tāti sunt, vt ab hominis intellectu cōprehēdi nō possint, sicut nec piorū felicitas. In malis licet grauissimis, licet diutinis, aliqd tñ leuamētī adfert spes, veluti stellula quædam, pcul allucēs in dēfissima caligine, sed gehēna cū summis malis summā habet de-  
 spera



spirationē. Huius igitur horror superat omnē horrorem, quē tñ clemētissimus redēptor vt nobis mitigaret, in sese recipere dignatus est. Quod in horto expauit, & angore extremo sic correptus est, vt suaderet sanguinē, nostræ naturæ erat infirmitas. Quod aut affixus cruci clamat, Deus meus, deus meus quare deseruisti me? longē à salute mea verba delictorum meorū, videtur gehēne horrorem animo persensisse. Quid enim superest à Deo destitutis, nisi extrema desperatio? Nec mirū videri debet, si hanc tristissimam affectionem in se recepit, qui peccata omnium in se receperat, vt vtrunq; malum nostris viribus insuperabile, sua misericordia redderet superabile. Nec ista minuūt dignitatē redēptoris, sed ineffabilē arguunt charitatē erga genus humanū. Sub eiusdem typo David loquitur in Psalmis: Circūdederūt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, & præoccupauerunt me laquei mortis. Nos gehennā merueramus, ille innocēs expauescit pro nobis: quo si similis affectus inuadat animū nostrū ex scelerū conscientia vel ex imbecillitate naturæ, nō abiciamus nosmetipsos, sed in Christum intentis oculis etiam desperādo speremus.

B 5 remus.

remus. Desperet licet caro, desperet ratio, tamen ex ipsis inferis fides clamet ad dominum, quemadmodum Ionas iam deploratus de ventre ceti clamavit, & exauditus est. Nam & id commōstrat Psalmus, quum prōtinus adiungit: In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad Deū meū clamaui, & exaudiuit me de templo sancto suo. Dei templum ecclesia est, hæc est arx fidei, vrbs fortitudinis nostræ Sion. Huc si quis vel ab extremis inferis intēdat clamorem viua adhuc scintilla fidei, exauditur. Ergo quum vniuersæ vires hominis demersæ sunt ad inferos, fides tamen clamet cum beatissimo Iob: Etiam si occidat me, sperabo in eum. Nam hoc est cum fiducia magistro Abraham contra spem in spem credere. Hæc igitur tanta mala domini bonitas nobis nō mitigauit ac fregit tantum, vt licet laceessant ac territent, tamen extinguere non valeant, verum etiam extrema damna nobis vertit in opimum lucrum. Quid enim lædit peccatum adhaerentes Christo? Quid? nisi vt vbi abundauit peccatum, abundet & gratia, & plus diligat; cui plus dimissum est. Quid proficit Satanas indolens in incessens membra Christi? Quid? nisi quod augeat illorum

pra

præmia, & illustrat coronas. Quin & ea mala, quæ nobis iuxta mortalitatis conditionem cum pijs pariter & impijs sunt cõmunia, redemptoris clemētia vertit nobis vel in lucrum, vel in medicinam, quanquã & hic lucrum est: in lucrum, si à peccatis immunes ista toleranter ferimus domino gratias agētes pro omnibus: in medicinā, si quid relidet in nobis repurgandum vel sectione, vel vstura, vel amaro pharmaco. Quo de genere sunt morbus, paupertas, senectus, orbitas, aliaq; innumera, quibus rota hominum vita est vndiq; obsita. Hæc si nos ad murmur, desperationē, aut blasphemiam pertrahūt, Satanæ sūt instrumenta, proq; remedijs sunt venena. Sin ob id tantū perferūtur, quia vitari non possunt, quo animo cõplures, qui Christū ignorabant, cõstanter cruciatus ac mortem pertulerunt, naturę sunt afflictiones. Sin ea itaquam de manu propitij parentis obediēter atq; etiā cum actione gratiarum recipimus, reputantes quantò acerbiora cõmeruimus, & quā dira Christus innocēs passus sit pro nobis cõmeritis, iam nō sunt afflictiones, sed salubria remedia, aut cœlestium præmiorum incrementa. Illic agēdas gratiæ indulgentissimo parenti, qui

flage 1

flagellat omnē filiū quem recipit, interim mollibus ac breuibus remedijs sanans vlcera nostra, vt parcat in futuro seculo: Hic laudanda Imperatoris nostri benignitas, qui militibus suis subministrat virtutis materiā, vt coronet magnificentius. Vtrobique magnū est lucrū, nisi fortè mediocre lucrū videtur, quū capitali morbo laborās, deuorat amara catapotia, leuiq; ac temporaria molestia, & mortis periculū effugit, & perpetua sanitatis dulcedine fruitur: aut quum miles ob vnius horulae conflictum, summas per omnem vitā opes, summosq; honores consequitur. Et hoc quoq; pacto dominus noster clementissimus omnia pertrahit ad se, si modò ad signū illud in sublimi propositū oculos intenderimus. Attrahit ad se omnia mala nostra, eaq; vertit in lucrū nostrū & gloriam suam, quam nobis sibi per fidē insiris cōmunicat. Quid autem lucrifaciunt, qui in rebus aduersis oculos auertentes à Christo, deo obmurmurate? Hoc ipsum quod necessarium perferendum est molestiae, sibi i conduplicāt, vel decuplant verius, & pharmacū malè sumēdo vertunt sibi in letale venenū. Haec nōnū est sublimis & efficax philosophia, ac mortis meditatio, in qua si sanus ac valens

lens diligēter fuerit exercitatus, hūc mors nō opprimit imparatum. Ex his autē quæ dicta sunt, colligere licet quadruplicē esse mortē, spiritualem, naturalem, transformatoriā & æternam. Naturalis, est separatio animæ à corpore. Spiritualis, est separatio Dei ab animo. Quemadmodū enim anima est vita corpori, ita Deus est vita animæ. Hæc peperit naturalē, quod ad necessitatem attinet, vt est sanè pia veterum theologorū opinio. Ex vtraque nascitur mors gehennæ, si coëant inter sese mors spiritualis ac mors naturalis. Post mortem enim corporis, non est locus pœnitentiæ. Super est mors qua trāsformamur ab imagine veteris Adæ ad imaginem noui Adæ, qui est Christus dominus. Hæc est separatio carnis à spiritu. Nec hic mediocris est lucta, ne spes quidē vlla victoriæ, nisi Christi spiritus adiuuaret infirmitatē carnis nostræ. Sed illius gratia in nobis occidit veterē hominē, vt iā agamur nō spiritu nostro, sed spiritu Dei, nec ipsi viuamus, sed viuat in nobis Christus. Hæc felicissima mors a cuiquā ad plenum obtigerit in hac vita nescio. Domini tamē liberalitas, quod nostræ deest, imbecillitati, de suo supplere dignatur. Hæc mors expetenda est, summoque studio.

studio per omnē vitā meditāda. Quēadmo  
 2. Cor. 9. dū beatus Paul<sup>o</sup> scribit Corinthijs: Temper  
 mortificationē Iesu Christi in corpore no  
 stro circūferētes, vt & vita Iesu manifeste  
 tur in corporib<sup>9</sup> nostris. Eodē hortatur Co  
 lossenses: Mortificate membra vestra, quæ  
 sunt super terram. Non iubet erui oculos,  
 aut amputari manus, aut execari genitalia.  
 Sed quæ membra? Addit, fornicationē, im  
 mundiciam, libidinem, concupiscentiā ma  
 lam & auaritiam. Vulgus hominum lu  
 get mortuos, at beatus Paulus Colossen  
 sibus gratulatur hęc mortem, Mortui, in  
 quit, estis, & vita vestra abscondita est cum  
 Christo in Deo. Hęc mors mater est vitæ  
 spiritualis, quemadmodū peccatum mor  
 tis spiritualis pater est, atq; etiam gehē  
 næ. Sed in his mortis generibus præposte  
 rē sese gerunt pleriq; mortales. Ad memo  
 riam mortis corporalis quàm inhorresci  
 mus? Veteres ob id ipsum habebāt inuisam  
 cupressum, quōd in funeribus soleat adhi  
 beri, & apium, quōd eo coronarentur se  
 pulchra: nec hodie desunt qui ad turis odo  
 rē diris execrationibus vtuntur, quōd (vt  
 arbitror) hinc in funere fiat suffragium. At  
 mors spiritualis horribilior est sexcentis  
 mortibus corporis, & ad hanc vltro ala  
 cresq;

eresq; festinamus, gloriâtes quâ male fecerimus, & exultâtes in rebus pessimis. Exanimamur quâ periculû obijcitur, ne anima corpus hoc miserum destituat, felicius extra carcerē victura: quâtò iustius oportuit exanimari quoties periclitamur, ne Deus æterna vita deserat animâ nostram? Domû in qua defunctus est aliquis, funestâ vocamus, & obturatis naribus præterimus. At qui sapiēs, iudicat lōgè melius, ire ad domû luctus, quâm ad domû cōiuij. In luctu, natura cōtristatur. Sed hæc tristitia quia secundû Deum est, stabilem in nobis salutem operatur, dum nos cōmonitos nouissimorû reuocat ad pœnitentiâ, nec sinit nos peccare in æternû. Feliciter interfunt luctui, qui sic deflent mortē alie nam corporis, vt incipiant seiplos lugere, morte grauiore exanimatos. Vtrû igitur potius, amarum deuorare catapotium, vt vnus horæ molestia lucrifacias perpetuâ sanitatem, an in conuiuio bibere mulsum toxicû, quod breui delectatiuncula mortē adferat? Sed harum rerû multis adeò nulla habetur ratio, vt in lustris cātent ebrii, sibi plaudât qui fraude rê domesticâ reddiderunt auctiorē, triumphēt qui sceleratis artibus emerferunt ad honores. An nō vul-

gus

gus hominum, in delicijs ac voluptatibus  
 carnis volutari, vocat viuere? At, qui sic vi-  
 uunt, bis mortui sunt. Primum quia spiri-  
 tū Dei vacāt, dein quia iam tū filij sunt ge-  
 hennæ. Quemadmodū enim piorū carne  
 mortuorū vita abscondita est in Deo ap-  
 paritura simul cum Christo: ita in his qui  
 se carni dederūt, abscondita est mors ge-  
 hennæ, quam circūferunt, apparitura in ex-  
 tremo iudicio. Peccatorum in hac vita so-  
 la spes separat à gehenna. *Quandiu enim*  
*spirat homo, spes est veniæ. Verūm etiam*  
*atq; etiam videndum, ne spes quæ nō pro-*  
*ficiscitur à fide & charitate, det nobis ver-*  
*ba. Sic sibi blāditur aliquis: Iuuenis sum,*  
*fruar hoc mundo, vbi ad senectutē vene-*  
*ro pietatem colā. At n̄ dicit quis tibi pro-*  
*misit senectutē? Alius, Dum floret ætas,*  
*indulgebo genio. Vbi ducta erit vxor, in-*  
*icipiā esse frugi. At n̄ ἀνρόκολλας, quī scis an*  
*perendie sis victurus? Est fortasse qui co-*  
*gitet, Aliquando siam monachus, ibi deple-*  
*rabo vitam malè actam, interim fruar mū-*  
*do. Vt vita suppetat, quis tibi pollicitus est*  
*istam voluntatē, quæ cupiat pro volupta-*  
*tibus amplecti poenitentiam? An istā mē-*  
*tem sibi quisquam dare potest? Vt ad cor*  
*redeat peccator, sola Christi gratia præ-*  
stat.



stat. Verum ille liberè dat eam quibus vult & quãdo vult. Certè quòd ad peccatorem attinet, iam nunc in gehenna est. An non prodigiosa cæcitas est, vt homo qui in tam horribili statu sit, sibi diè præfigat, ad quem velit resipiscere: cui in puteum delapso aut in carcerem coniecto, lenta videretur omnis educentium festinatio? E' puteo statim inclamaret opem hominis, & in tantis malis constitutus, non protinus implorat auxiliũ Dei, qui solus excitat mortuos? Quisquis igitur in vita mortem transformatoriam diligẽter meditatus fuerit, tum mortem spiritualẽ ac gehenæ vehemẽter horruerit, minus horrebit imminentẽ mortem corporis, quæ non separat à Deo, sed Deo propius iungit, finem semel imponit cunctis afflictionibus, quibus hæc vita tunditur vndiq; & transmittit ad sempiternam quietem. Ais, Transmittit in requiem, sed piorum animas. Rectè, mors enim peccatorum pessima. Ergo dum viuis ac vires, da operam vt sis de numero iustorum. Nam iustus & ille est, qui ex corde agnoscit ac damnat iniustitiam suam, territusq; gehenna, confugit ad asylum diuinæ misericordiæ, & ad salutifera pœnitentiæ remedia. At qui per omnem vitam, perinde quasi

C      sint.

sint immortales, indulgent affectibus suis,  
 ad voces Dei toties tam amanter prouo-  
 cantis ad pœnitentiam Toronæo littore,  
 vt aiunt, surdiores: quid mirū si perturban-  
 tur, quum vrget extrema necessitas? Tunc  
 res est cum morbo qui nō finit quicquam  
 aliud agi, cum medicis, cū hæredibus, cum  
 legatarijs & captatoribus, cum creditori-  
 bus ac debitoribus, cum vxore ac liberis,  
 cum œconomis ac famulis, cum amicis &  
 inimicis, cum exequijs ac sepultura, cum  
 confessionibus, dispensationibus ac cēsuris  
 cum restitutionibus ac placationibus, cum  
 varijs conscientiz scrupulis, postremo &  
 cum fidei dogmatibus. Adde his, cum mun-  
 do: quē quoniam nimis dilexit, inuitus re-  
 linquit: insuper, cum ipsa morte corporis,  
 ad quam præparatus non est: deniq; cum  
 Satana, qui tunc omnibus vrget machinis,  
 cū gehenna, quæ tūc omnes terriculamen-  
 torum suorum laruas ingerit. Atqui ad tan-  
 tum negotiorum agmen non sufficit ille  
 tēporis articulus, sed summa cura agendū  
 vt ad illum extremū, omniumq; grauissi-  
 mum conflictum homo veniat quā  
 maxime expeditus. Roget aliquis, quibus mo-  
 dis id possit effici. Audiamus Ecclesiasten  
 bene consulentem: Memēto, inquit, crea-  
 toris tui

toris tui in diebus iuuetutis tuę, antequam  
 veniat tēpus afflictionis tuę. Audiamus &  
 Ecclesiasticum: Ante iudiciū para iustitiam  
 tibi, ante languorē adhibe medicinam, &  
 ante iudiciū interroga teipsum, & in con-  
 spectu Dei inuenies propitiationem : ante  
 languorem humilia te, & in tempore infir-  
 mitatis ostende conuersationem tuā. Salu-  
 bre consiliū, etiam si notus esset dies mor-  
 tis. Nunc multò magis id faciendū est, po-  
 steà quàm omnis dies cuiq; pro vltimo de-  
 bet haberi, quū nesciat an alius sit illi suc-  
 cessurus. Dum viuimus ac valemus, discu-  
 tiamus quantum licet, negotiorum tricas:  
 ac prius quàm nos morbus lecto affixerit,  
 disponamus domui nostrę. Primū est me-  
 minisse creatoris, vt per synceram confes-  
 sionem & pœnitentiã cū illo redeamus in  
 gratiam. Examinemus cōscientias nostras,  
 amputātes quicquid ibi repererimus inui-  
 sum Deo, vt quū morb⁹ nos protrudet ad  
 tribunal Dei, inueniamus p̄pitiatiōē. Qui  
 rebus florētibus ceruices erigūt aduersus  
 Deū, nō ne videmus quàm semet abijciāt,  
 si morbus validus minetur mortē? At quā-  
 tō grati⁹ Deo, si ad quod ēgritudo serò cō-  
 pellit, maturè nostra spōte faciamus. Pro-  
 sternamus nos ipsos cū Publicano & Euā-  
 gelica

gelica peccatrice in cōspectu Dei, lachry-  
 mis, eleemosynis, precibus, alijsq; pijs ope-  
 ribus placantes iram Dei, & in tempore  
 ægrotationis talis erit mors, qualis fuerit  
 vita nostra. **Q**uidam abhorrent à cōdendo  
 testamento, quasi hīc insit aliquid funesti  
 ominis. Hæc est nostræ carnis infirmitas.  
 Atqui testamētum ò bone conditum non  
 efficiet, vt citius moriaris, sed vt quietius.  
 Hac in parte felicior est in cœnobijs bene  
 moratis agentiu cōditio, quòd ab omnibus  
 curis testamentarijs liberi sint. Ceterū qui  
 liberos habent, aut fratres, aut alioqui legi-  
 timos hæredes, prouideant ne qua in diui-  
 dundis bonis nascatur inter fratres & affi-  
 nes cōtentio: qui non habēt, ne relinquunt  
 posteris litium ac rapinæ materiam. Breui-  
 ter sic ista digerant explicētq; sani, vt nihil  
 netesse sit in morbo curis huiusmodi intē-  
 pestiuis torqueri. Præterea si quibus per-  
 plexis casibus inuolutus est aliquis, puta de  
 matrimonio, de censuris ecclesiasticis, de  
 votis, de restitutionibus aut reconciliatio-  
 nibus, eos sanus ac valens explicet, nec vl-  
 las tricas reseruet in extremum diem. Re-  
 ctè faciunt, qui morientes hēredibus man-  
 dant restitutionem fraude partorum: sed  
 longe consultius faciunt, qui valentes id  
 faciunt,

faciunt, quòd alijs sæpenumero mandatur frustra. Itidem rectè faciunt, qui morituri condonant offensas omnibus à quibus læsi sunt, ac vicissim orant sibi cõdonari, si quid in què deliquerūt: sed lōge Deo gratius, & ad consciētiz quietē tutius est, si idem faciant valentes, non ob mortis metum, sed ob amorem Christi. Rectè faciunt, qui morientes legant opum suarum partē in subsidium pauperū, sed victima fuerit multo gratior Christo, si pro modulo facultatem ipse subleues proximorum inopiam. Nec enim semper peruenit ad egenos, quod illis destinauit moriēs, & si perueniat, iā alienum est, non tuum quod impēditur. Quid quòd morbi cõplures eius sunt generis, vt non dent spatium super his statuendi: ne iam cõmemorem casus subitaneos & inopinatos, qui licet non omnes opprimāt, omnibus tamē sunt expectādi, quia possunt omnibus accidere. Quemadmodū accidit illi stulto Euāgelico, qui sibi pollicitus longam ac suauem vitā, audit, Hac nocte reperunt abs te animam tuam. Deprecantur omnes mortem subitanē & improuisam. Siquidem nusquam nō audimus has voces, A subitanea & improuisa morte, libera nos domine. Quid est quod orant isti? An

C 3      omnis

omnis inopinata mors detestanda est? Ne-  
 quaquam. Iustus enim quacunque morte  
 Sap. 4. preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Ne-  
 que enim potest esse mala mors, quantumvis  
 subita fuerit, quam vita bona praecessit.  
 Quam igitur sic oramus: A mala vita, libera  
 nos domine. At qua fronte vocamus mor-  
 tem improvisam, quae se cotidie omnibus  
 sensibus ingerit nostris? Ab infantia nostra  
 quid aliud audimus quam gemitus moriē-  
 tium? Quid aliud videmus quam efferrī fu-  
 nera? quam popas lugentiū? Quam monu-  
 menta, ac defunctorū titulos? Quod si nos  
 leuiter tangunt aliena, quoties nobis pro-  
 pius mors vellicat aurē funeribus affiniū  
 & cognatorum propinqua naturae neces-  
 situdine nos contingentiū, & amicorū quos  
 mutua charitas nobis arcti⁹ adglutinarat,  
 quam vllos cognatos iungūt naturae foede-  
 ra? Et si hoc quoq; parum est, quoties nos  
 ipsos admonet fragilitatis nostrae? Quis  
 enim nostrum est, qui nō aliquoties in vitē  
 discrimen adductus sit, vel tempestate, vel  
 latrocinio, vel bello, vel ruina, vel pestilen-  
 tia, vel morbo? Quocūq; te vertas, mors in  
 infidijs est. Domus cuiq; tutū est refugium.  
 At quam multos opprimunt tectorum rui-  
 nae? Terra solidum elementum, non ne in-  
 terdum

têrdum subsidēs totas absorbet ciuitates? Ipse aër quo spiramus ac viuimus, sępenu-  
 mero mors est, quemadmodũ cibus ac po-  
 tus. Postremo fames ac sitis non ne quoti-  
 die mortē minitatur, ni remediũ adhibeas?  
 Quidquòd quoties nominatur homo, mor-  
 tis admonetur? Idē enim nobis declarant,  
 mortales & homines. Quid igitur agunt  
 qui deprecantur mortem improuisam, nisi  
 vt suã accusent improuidētiam? imparatis  
 enim omnis improuisa mors est, etiã si cen-  
 tenario veniat. Improuisam appellas, quã  
 omnibus sensibus ingerentē sese atq; im-  
 pingentem nō vides? Sic improuisum fuit  
 diluuium impijs, qui Noë iustitiæ præco-  
 nē, dum appararet arcam, irridebāt, eden-  
 tes, bibentes, iungentes cōiugia, quasi non  
 esset euenturum, quod Deus minitabatur.  
 Sic improuisum Sodomis obtigit exitium,  
 qui Loth emigrantem irridebant. Idem  
 euenisset Niniuitis, nisi ad Ionæ præconiũ  
 egissent pœnitentiam. Quisquis nouit se  
 Deum habere iratũ, omni momento vindi-  
 ctam expectet, imò vitet potius exemplo  
 Niniuitarum ac Dauidis. Terribilis est ira  
 domini, sed si nos ipsos deiecerim<sup>9</sup> ad pœ-  
 nitentiam, in ira sua recordabitur miseri-  
 cordiæ. Ad Ionæ hospitis denuntiationem

Niniuitæ conuerſi ſunt ad pœnitentiã. At nos ad tot domini noſtri denuntiationes ſurdi, mortẽ deprecamur iprouiſam. Tot exemplis ac parabolis inculcat obliuiosẽ tarditati noſtræ, vt ad omnẽ momentũ ſimus parati, Noë, Loth, & eorum quos ruina turris in Siloa inopinãtes oppreſſit. Ad-  
dit ſimilitudinẽ furis nocturni, fidelis cœconi, decem virginum: ac toties in clamat, *Vigilate, quia nescitis diem neq; horam: & nobis vlla mors venit improuiſa: Venit, ſed improuidiſ, aut ( vt melius dicam ) ſurdiſ, cœciſ, ac ſtupidiſ: qui nec dominum in clamantem audimus, nec quod ſeſe oculis ingerit videmus, nec quod vndiq; pungit ſentimus. Nec refert quòd Dominicus ſermo loqui videtur de ſupremo mundi die. Nam cuiq; ſupremus vitæ dies, ſupremus mundi dies eſt: In conſummatione mundi palàm celebrabitur vniuerſale iudicium: ſed interim ſingulòrum animæ ſimul vt corpus reliquerint, ſuum ferunt iudicium, licet nobis ignotum. Dominus autẽ vtrunq; diem equè nobis ignotum eſſe voluit, hac quoq; parte declarans indulgētĩſſimam erga nos charitatem. Etenim quum nunc videamus intolerabilem diuitum ac malorum violentiam, quid facerent, ſi ſcirent ſe diutius victuros?*



victuros? Rursus infirmi, vt sunt plerique  
 mortales, si certo scirent se peruerturos ad  
 senectutē, huc prorogaret exactioris vitæ  
 studium: rursus, si certum haberent pau-  
 los vitæ dies superesse, tristes & anxij viue-  
 rent, & ad multas actiones reipublicæ fru-  
 giferas redderentur segniores. Nunc hoc  
 temperamento vsa est supremi numinus  
 prouidentia, vt cunctis hominibus mors adeo  
 sit certa, vt singuli non minus certo sciant  
 se morituros, quam sciunt natos esse, vtq;  
 nec summi nec infimi sibi possint vana spe  
 blâdiri: rursus dies mortis adeo incertus, vt  
 eum dominus nec sibi charissimis notum  
 esse voluerit. Itaq; fit, vt impij minus ledât  
 bonos, & boni sic abstineât à malis operi-  
 bus, quasi sint postridie morituri: sic iucū-  
 bāt bonis operibus, quasi diu victuri. Quid  
 igitur sibi volunt, qui ad chiromâtas, astro-  
 logos, Physiognomuntas, genethliacos,  
 ventriloquos, numeros Babylonios & ma-  
 gos currunt, vt sciant qui modum? Clamat

Cap. 9.

Ecclesiastes, Nescit homo finem suum, sed  
 sicut pisces capiuntur hamo & aues laqueo  
 comprehenduntur, sic capiuntur homines  
 in tempore malo, quum eis extemplo su-  
 peruenerit: & nos ab his volumus scire fi-  
 nem nostrum, qui ipsi finem suū nesciunt?

C § An quod

An quod Christus æterna veritas nesciri voluit, quia scire non expedit, inuito Christo discet à vanis hominibus? An Christianis placet exemplū impij Saulis? Quid autē illi profuit malefica, nisi vt bis moreretur? Sunt (& ij quidē non mali) qui petūt à Deo certum mortis genus, orant vt certos menses decumbant, quo vel hoc tēpus impendāt pœnitentię & confessioni. Sanctius est illorū votum, qui mortem optant, quam minime molesti sint suis. Hoc enim à charitate proficiscitur. Sed firmiter est fidei, mortis genus ac spatiū ægrotationis Deo cōmittere. Nouit ille quid nobis expediat, & quod nobis est optimum dabit. Sunt innumeræ mortis formæ, & in his quædam horribiles: siue quòd subito necent, quod nōnullis in ipso accidit cōiuiuo: siue quòd acerbos ac diutinos habeant cruciatus, vt paralyfis & ischiace: siue quòd abominandā habeāt speciem, veluti qui tenaci pituita præfocati nigrescunt: siue quòd vsus linguæ, mentisq; sanitatem adimant, vt apoplexis, phrenesis, ac nonnullæ febres, alięq; peculiare quæ homines impellunt vt se præcipitent, aut in puteum insiliant, aut laqueo præfocent guttur, aut gladio seipfos ofodiāt. Sūt enim morbi qui interioramē-

tis

tis organa vitiāt, quos vulgus dæmoniacos  
 appellat. Ne ex his quidē iudicandus est ho-  
 mo, quando Chrysoſtomus monachū dæ-  
 monio obnoxium amantiſſimè cōſolatur.  
 Quanquā ea mortis genera, quæ manife-  
 ſtam habent ſpeciem impietatis, Chriſtia-  
 næ pietatis eſt deprecari atque abominari.  
 Contrā, quosdā videmus tā placide emori,  
 vt obdormiſcere, non emori videātur. Sed  
 quæcunq; acciderit mortis forma, nullus  
 hinc æſtimādus eſt. Ne de ijs quidē quī ob  
 cōmiſſa facinora dant pœnas legibus, licet  
 mortē ſortiātur infamē, temere iudicandū  
 eſt. Nam fieri poteſt, qui ob excitatā ſedi-  
 tionē diſſecatur in quatuor partes, migret  
 in Angelorū contubernium: quum alius in  
 veſte Franciſcana moriens ac religioſè ſe-  
 pulrus, demigret ad inferos. Dominus eſt  
 qui de his iudicat. Varijs modis ſuos exer-  
 cet at purgat Deus, ſed (vt dixi) nulla mala  
 mors haberi debet, quā bona vita præceſ-  
 ſerit. Interdū qui placidiſſimè expirāt, de-  
 migrāt ad æternos cruciatus: cōtrā, qui mi-  
 ſerabiliter torquētur, euolant in requiem.  
 Quidam optant plenam confeſſionē ante  
 mortem, ſupremam vnctionē, & eucharis-  
 tiam, non diſſimili (vt apparet) animo, at-  
 q; olim quidam prorogabant baptimū in  
 extremum

extremum vsq; diem: nec prius accerleba-  
 tur baptista, quàm medicus profiteretur in  
 arte sua parũ esse præsidij. Quis semel op-  
 tamus contingere, quod quotidie à nobis  
 fieri & debet & potest? Optimũ enim con-  
 siliũ est, vt quisq; suam cõscientiam prius,  
 quàm se somno tradat, diligẽter excutiat,  
 & si quod crimen eo die commissum de-  
 prehenderit, tundat pectus, cumq; lachry-  
 mis à domino veniam postulet, & implora-  
 ta ope diuina certum sumat propositum  
 vitæ correctioris. Nec est quod quisquam  
 hãc dicat, Distineor varijs negotijs, non va-  
 cat. Ad rem tam necessariam quarta pars  
 horæ sufficit. Non est longum dicere, Pec-  
 caui, miserere, Et hoc satis est, si quidem di-  
 catur ex animo. Nemo somno se tradens,  
 certus est fore vt expergiscatur. Quan-  
 tum igitur discriminis est in eo statu ob-  
 dormiscere, in quo si nos opprimat mors  
 somni germana, & soror fratrem excipiat,  
 in æternum perierimus? Tantum pericu-  
 lum breuissima cogitatione licet effuge-  
 re. Hoc quotidie apud Deum. Apud sacer-  
 dotem verò Dei vicarium ter aut quater  
 aut sæpius in anno sincera confessione  
 purgare conscientiam, plurimum attulerit  
 tranquillitatis, efficietq; vt morietem non  
 admodum

admodum torqueat confessionis anxietas. Porro quoniam in mortis articulo præcipuum solacium est, dominicæ mortis contemplatio, ac totius ecclesiæ cõmunionis, quæ est corpus Christi: profuerit ad utrunq; diligenter exerceri in vita, vt actio subinde repetita transeat in consuetudinem, consuetudo in habitum, habitus in naturã. Id fiet, si repurgata ab omni affectu peccandi conscientia, frequenter sumamus panem mysticum, ac de poculo mystico bibamus, quando quidem hoc sacramentũ duo quædam nobis cõmendat, capitis eximiam erga sua membra charitatem, & membrorum inter ipsa societate arctissimã. Quicquid boni est in corpore, à capite Christo defluit: quicquid autem boni est in corpore, membrorum omniũ cõmune est: quæ admodum in corpore animantis, licet diuersa sint membra, varijs officijs destinata, tamen vita à capite proficiscens eadem per omnia membra diffunditur, tam indiuidua societate, vt (quemadmodum docet beatus Paulus) si doleat vnũ membrũ, dolor ad omnia perueniat, si gaudeat vnum membrum, gloria sit omnium communis. Nimirũ hoc est quod dicitur in Symbolo apostolorũ: Sanctam ecclesiã, sanctorum commu

I. Cor. 12.

communionem. Nec enim contractior est  
 in corpore mystico Christi gratia, quàm in  
 animalis corpore natura. Religiosè faciunt  
 qui urgente mortis vicinia, mittunt ad mo-  
 nasterium Carthusianorum aut Franciscana-  
 norum, vt orent pro laborante: sed effica-  
 cius solatiũ est, si cõtinget ægrotus, vniuer-  
 sam ecclesiam esse pro suo membro soli-  
 citam. Quũ autẽ ecclesiã dico, quàm beatã,  
 quamq; numerosam societatem dico, quæ  
 prophetas, quæ apostolos, quæ tot marty-  
 rum ac virginum examina, quæ tot animas  
 Deo charas cõplectitur. Hæc vniuersa so-  
 dalitas pro vno quolibet Christi membro  
 periclitante orat assiduè, suisq; meritis ac  
 precibus laborantem subleuat. Neq; verò  
 tua refert, quòd nõ cernitur oculis ecclesia.  
 Nec animam tuã vides, cuius beneficio vi-  
 uunt ac mouentur omnia corporis mēbra.  
 Non potest esse pauper Ecclesia, quæ tam  
 diuiti capiti coniuncta est, in quo habitat  
 omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:  
 nec destitui potest membrum, quod à tot  
 sanctorũ milibus subleuatur. Capitis Cha-  
 ritatem ac beneficentiã erga nos præcipuè  
 testatur crux pro nobis redimendis susce-  
 pra. Harum rerum memoriã ac vim nobis  
 renouamus, quoties cū fide debitaq; reue-  
 rentia

rentia carnem domini comedimus ac sanguinē bibimus. Simulq; admonemur, vniuersos esse vnum corpus qui eodem pane vescūtur, & de eodē bibūt poculo. Ne quis igitur despondeat animum, si membrū est infirmum ac languidum, quum caput habeat omnipotens : ne' ve sibi destitutus videatur, qui toti ecclesiæ meritis precibusq; subleuatur. Ad harum itaq; rerum contemplationem, si quis in vita fuerit diligenter exercitatus, in morte plus adferent solatij. Tū enim suapte spōte occurrēt velut animæ familiaria. Proinde (mea sentētia) rem piam commenti sunt, qui Dominicæ mortis historiam per certas horas partiti sunt, quo pueri consuescerent singulis diebus aliquam illius portionem commemorare cum gratiarū actione. Qui verò substituerunt Liturgiam de virgine, vt rē non impiam excogitarūt, ita (si phas est verum fateri) vinum verterunt in aquam. His rationibus optime fit, ne mors subitanea & improuisa nos opprimat. Deserendū liberi dulces, vxor chara, amici dilecti, agri culti, structuræ magnificæ, opes amplæ. At miles Christi hæc omnia negligere meditarus est, cui<sup>9</sup> anima velut in præsidio corporis excubat, ad omne momentū expectans impe

imperatoris classicum, quo iubeatur inire praelium, semper erectus ad illam vocem: *Esa. 38.* Disponde domui tuæ, quia morieris & non viues. Corpus habet nō pro domo, sed pro tabernaculo: nec ibi recondit thesaurū suū, sed quod ad diurnum dimensum satis est, in zona gestat, semper in excubijs vigilans, semper arma habens in procinctu aduersus hostium inopinatos incurfus: neq; quicquam duri recusat, modo placeat imperatori cui dedit nomen. Militia, inquit beatus Iob, est vita hominis super terrā. Huius militiae tyronem adhortatur sapiens ille Sirach: Fili, accedēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore, & præpara animā tuā ad tentationem. Seruitus Dei, est professio militiae Christianæ. Stare militis est in acie accincti ad praelium. Sta in iustitia, non in superbia, quæ se erigit aduersus Deum, sed in iustitia. Dormiunt ac iacent, qui militant huic mundo. Sed Christi miles stat accinctus ad omne opus bonum. Opus optimum est, bene mori in domino. Plurimum enim fiduciae aduersus Satanam addit vita innocenter acta. Fides nescit dare locū hosti, spes non nouit succūbere, charitas supeditat stanti comitatum. Sed quam vita innocēter acta cōciliet fiduciā, quæ addi-

tunt



tum est timore? Si iustus es, quid times? Si non es, quomodo stas? Hic timor nō est ille desperationis pater, de quo Solomō: Pigrum deicit timor, quem foras eijcit charitas, sed optimus innocētiæ custos. Timor filiorum sanctus permanens in seculum seculi. Qui stat ( inquit Apostolus ) videat ne cadat. Ac rursus: Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Est timor domini sanctus, extimulans ad bona opera, ac depellēs à malis, & est timor serui nequam, pertrahens ad ignauiam. Timēs ( inquit ) abij & abscondi talentum tuū in terra. At timor iustitię comes efficit, vt nostris diffisi viribus, alacrius operemur præsidjs spiritus, ac circumspectius seruemus dona Dei. Præterea omnis hominū iustitiā, quāuis perfecta, contremiscit, quoties vocatur ad tribunal iustitiæ diuinæ: in cuius cōspectu nec astra sunt munda, & in angelis reperitur iniquitas. Quidni, nos infirmi, & in luteis domicilijs habitātes, metuamus hoc iudicium, quum Iob à Deo probatus dicat: Verebar omnia opera mea, sciens quōd nō parceres delinquenti. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me. Et Paulus miles Iobe exercitator, dicat:

D Nullius

Nullius mali mihi cōsciū sum, sed in hoc nō iustificatus sum. Sequitur, Et præpara animā tuam ad tentationē. Variæ sunt tentationū formæ, quibus milites suos explorat Deus, sed omniū grauissimā tētatio est mors. Tū enim verē cominus res geritur, nec est velitatio, sed vtrinque summa vi de rerum summa decernitur. Ad hunc igitur conflictū semper præparandus est animus. Quid em̄ hic faciet miles pugnæ rudis, qui nunquam cum hoste cōflexit, qui nec vires illius, dolos, artes & insidias, nec suā virtutē vnquam expertus est? Magna victoriæ pars est, cum hoste noto bellum gerere. Ita fortissimus ille miles vel dux potius beatus Paulus: Vt non circumueniamur, inquit, à Satana. Nō enim ignoramus cogitationes illius. Quid mirū si nouit technas illius qui cum toties conseruerat manus, omni periculorum genere exercitus. Tum admouetur ignis, qui declarat quale cuiusq; fuerit opus, & cui superstructum fundamento. Atq; hic videmus interdum fieri, quod vsu venit in militia mundana: qui timidiores nisi sunt in castris, & ad tubæ signum expalluerunt, in ipso conflictu reperiuntur fortissimi: contra, qui nondum propius urgente periculo videbātur admodū feroces, in

2. Cor. 2.

in ipso prælio sunt formidolosissimi. Ita sunt qui sani iactant quietem & securitatem consciëntiæ, se paratos ad extremum diem, imò cupere ex hoc calamitoso seculo profugere: fretos fide nescio qua, quòd Christus nobis promisit vitam, & pro peccatis nostris pœnas dependit: negantes referre, cuiusmodi sint opera nostra. bona an mala. Vnũ illud satis esse, si credamus nos fore saluos. At vereor ne multi ex his, qui dum incolumi sunt valetudine, iactant hanc securitatẽ, valde trepident, vbi propius vrget extremum discrimen, & ille dies præstò est, quo nõ verbis, sed veris, res agitur. Exaggerant quantum sit nephas dubitare de promissis Dei: ac nulli magis trepidant quàm qui non dubitant de promissis Dei. Etenim qui nõ credit gehennam paratam ijs qui viuunt impiè, sed mortem cum totius hominis interitu adferre finẽ malorũ omnium, minus horret mortem. Fides igitur gignit in impijs timorem Dei, qui est initium sapiëntiæ, attestante beato Iob: *Iob. 28.* Timor Dei ipsa est sapiëntia, & recedere à malo, intelligëntia. Item Esaias: *Cap. 29.* A timore tuo Domine concepimus & quasi parturiimus, & peperimus spiritũ salutis. Lucẽ tertio, populus territus ad prædicationem Io-

annis Baptistæ, qui invitabat ad pœnitentiam, dicēs, iam securim ad radicem arboris esse positā, dicit, *Quid faciemus?* At nisi credidissent Ioanni, non dixissent, *Quid faciemus?* Similiter in Actis apostolorū, multitudo territa prædicatione Petri, ex fide concepto terrore, compuncta corde, dicit Petro & apostolis reliquis, *Quid faciemus viri fratres?* Handquaquam dictura, nisi fides adfuisse stimulans cōscientiam metu gehennæ. Hæc verò trepidatio, etiā in homine piè vivente non nascitur ex diffidentia erga Deum pollicētem & comminantem, aut ex incredulitate articulorū fidei, aut ex hæsitatione de efficacia sacramentorum, quā habent ex morte Christi: sed oritur ex cōscientia nostræ imbecillitatis, quæ maior est, quàm vt à nobis possit ad plenū intelligi. De singularibus autem nō cogimur esse securi, quanquam de nullo desperandum est. Veluti necesse est credere, quicumq; cum fide percipit sacramentum baptismi, recipere criminū omnium gratuitam remissionē: at non est necesse credere, hūc baptizatū esse liberum ab omnibus peccatis. Nam fieri potest, vt in hoc homine fuerit aliquid peculiare impediens generalem sacramēti vim. Idē sentiendū de sacramēto pœni

pœnitentiæ. Impiū est dubitare, an sit absolutus à peccatis, qui ritè suscepit hoc sacramentum. Non est tamen hæreticū dubitare, an hic aut ille sit absolutus, quoniā de peculiaribus impedimētis nobis nō cōstat. Excipio singularem & evidentē reuelationem aut irrefutabilem autoritatem, quum nō sit expressa scripturarum aut ecclesiæ consentientis autoritas, quæ cōpellit in diuersum. Hęc hæsitatio nō est incredulitas, sed religiosa modestia, toto pectore submittēs se volūtati, iudicioq; diuino, etiamsi velit hominem dānare. Non enim ideo damnabitur, sed hac ipsa submissione promerebitur absolutionē, si religiosæ trepidationi iuncta sit ex Christi misericordia veniēs fiducia. Huius generis est, quod adferunt de eucharistia. Cogimur in genere credere, quòd sacerdos ritè fungēs suo officio consecrat corpus & sanguinem domini, verū non est impium subhæsitare aut hic, aut ille consecrarit. Nam hoc non est dubitare de sacramento, sed de peculiaribus circūstantijs impediētibus vim aut rationē sacramenti. Similiter necessario credimus, homines per fiduciam & charitatem erga Dominum I E S V M salutē æternam assequi, phas tamen est dubitare, an hic aut

D 3      ille

ille sit in illo statu. Quamquam nec de alijs temere iudicandum est in malam partem, & in nobis simul cum incremento fidei & charitatis crescere debet spes. Idem sentiendum est de promissis ac minis scripturarum. Non enim ex Deo qui mentiri non potest, sed ex nobis oritur dubitandi materia. Non ignorat homo, quàm eximia bona promiserit Deus, sed timentibus ac diligentibus ipsum. At quotus quisq; nostrum est, qui timorem præstitit, ut tali Domino, amorem, ut tali paræti, debitum? Nō dubitant igitur an Deus sit verax in promissis, sed an ipsi sint digni promissis. Fides, spes, charitas, timor, dona sunt spiritus. Quis igitur nouit, an fides & charitas quam habet, sit ex hoc donorum genere, quæ nos reddunt Deo gratos, & an sufficiant ad salutem æternam? Similiter Deus per filium promisit, veniam omnium scelerum, sed semel per baptismum, si ritè suscipiatur. Cæterum quotus quisq; nostrum est, qui vestem candidam gratis in baptismo datam non multis modis inquinarit? Paratum est remedium poenitentiæ, sed toto corde cōuersis ad Dominum. Hic excutiat se quisque, num toto corde sit conuersus ad Dominum, num cor habeat verè contritum & humiliatum, &  
 si hab

si habet, an iuxta sufficientē modum. Clamat Baptista: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Quis aufit sibi arrogare, quod sic, vt dignum est, oderit ac detestetur peccata sua? Cōminatur Deus iram ac gehennā violāribus præcepta sua. Quoties autē nos illius timore abiecto violauimus ea? Quotū quenq; reperias, qui nō magis metuat irā p̄cipis aut iudicis, hominis, quàm Dei viui? Tum quoties fit, vt homo magis amet hominē quàm Deum, pro mortali amico sustinens, quod in Dei gratiā perpeti recusaret? Equidem in hac sum sententia, vt existimem piorum hominū fiduciā semper cum religioso tremore coniunctā esse: paucos excipio, quos Deus eximios habere voluit, videlicet ad exēplū quod extimulet omnes, sed assequantur pauci. Certius sperant Domini misericordiā, qui tremunt illius iustitiam. Proinde qui dicunt, Crede te fore saluum, & saluus eris: his peccāt. Etenim si de qualicūq; fide loquuntur, falsus est sermo: si de viua, ineptē dicitur Crede, quasi cuius in manu sit credere quū velit, cū hoc quod haud scio num certi sim⁹, an fidei donū sit in nobis. Quid, quòd homo nō tantū alijs hominibus, verum etiam ipse sibi frequenter ignotus

D 4 est,

est, quum oculos Dei nihil quamuis abditum possit fallere. Cor hominis inscrutabile est nobis, sed illū null<sup>o</sup> latet sinus cordis, qui finxit cor. Nobis sæpenumero videtur piū, quod impiū est in oculis Dei, purū quod impurū est. Ita fit, vt homo se credat immunē à peccatis, quū insciēs habeat sauciā cōscientiā. Quid ni hoc nobis accidat, quum egregius ille psaltes dicat: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Tutissimū igitur asylum est, cum religioso tremore à iustitia Dei confugere ad misericordiam, & cū psalmographo dicere, Ne intres in iudiciū cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. In hoc igitur iudicio nemo poterit subsistere, si nostra merita ad diuinam trutinā expendātur, nisi misericordia superexulter iudicio. Eoq; præcessit in eodem psalmo: In veritate tua exaudi me, in tua iustitia. Quisquis exaudiri cupit, remittit contentionē, & qui cupit exaudiri in veritate Dei, suæ diffidit veritati, sciens quod solus Deus verax, omnis autē homo mendax: & qui rogat exaudiri in iustitia Dei, suæ diffidit iustitiæ. Veritas autē & iustitiæ Dei, Christus est, Euangelicæ gratiæ minister. Per Mosem enim lex data est, quæ*

*prodi*

*psal. 18.*

*psal. 142.*



prodidit iniustitiã nostram, sed gratia per Christum Iesum facta est, qui nobis suam cõmunicauit iustitiã. Nos toties mētīmur Deo, quoties violamus leges illius, in quas iurauimus ad fontem regenerationis: & toties iniusti sumus, quoties cõditori ac redemptori nō rependimus vices, imò abnegamus illum, quoties à pactis recedimus: sed quãuis nos abnegemus illum perfidi, ille cõstanter fidelis est, seipsum abnegare nō potest, ubiq; verax in promissis, vt iustificetur in sermonib<sup>9</sup> suis, & vincat, quẽ iudicatur. Pater igitur exaudit nos in sua veritate, qua per filium promissit nobis remissionẽ peccatorũ: exaudit autẽ nō in nostra, sed in sua iustitia, quia per filium iustificat omnem credentem, fide purificans corda nostra. Beati sunt igitur qui seruiunt domino in timore, & exultant illi cū tremore. Quid ni tremant homines peccatis obnoxij, quem tremunt angelorũ exercitus? Ante iudiciũ timere bonum est, vt in iudicio inueniamus misericordiã. Ex humanis historijs discimus, quanta cum exultatione beatus Andreas ad crucem accessit. At cõtra, nō paucos viros pietatis opinione celebres, accipimus sub mortẽ magno tremore fuisse conturbatos, expauescẽtes

D 5 Dei

Dei iudicium, totamq; vitam antea actam damnantes. Refertur enim de quodã, cui sub mortẽ trepidanti, quum dixissent qui aderat fratres, Quid est quod sic expauescas, quũ per omnẽ vitam pietatẽ colueris? Ita respondit: O fratres, multo alia sunt hominum iudicia, alia Dei. Similes voces emisisse dicitur Benedictus, Bernardus, & Augustinus. Eadẽ igitur fides, & tremorẽ incutit, & tremorẽ vincit: incutit, ostendens quãtus sis, quẽ in multis offendimus: vincit, ostendens nobis Christum cuius charitas purgat peccata nostra, gratia supplet imperfectũ nostrum. Vt aut nõ statim fortitudinis aut fidui signum est, mortem nõ expauescere, nam interdum est stuporis ac vancordiz interdũ Scythicz cuiusdã immanitatis: ita ad mortem imminentem expauescere, nõ semper est diffidentiz aut maliz cõscientiz signum. Nonnunquam affectio merè naturalis est pro varietate corporum, in alijs moderatior, in alijs vehementior. Sic mortem exhorruit Ezechias vir qui corde perfecto versatus fuit apud Deum exhorruit autem non obmurmurans Deo, sed cum lachrymis deprecans, & exauditus est. Noui ego quasdam, quẽ ad solam mortis mentionem contremis-

cerent.

erent, at iisdem urgente mortis vicinia nihil fortius aut constantius. Horror enim ille non veniebat ex mala conscientia, sed ex peculiari sexus aut naturæ imbecillitate. Affectus autem naturæ, si virtute superentur, augent coronam, non arguunt diffidentiam. Similiter videas ingenia quædam *φίλαυτα*, quæ sibi facile in re quavis satisfaciunt. Sunt rursus putidula, sibi ipsis nunquam satisfaciētia, etiam si quid rectè gesserint, quibus si admoueas omniā solatia, tamen sentiunt animi remorsum, ad diffidentiam sollicitantē: atque hinc coniungunt, sese nondum habere Deum placatum, quia nunquam sentiunt tranquillitatem conscientiæ. Verum si naturam distinguamus à virtute, nec ad modum suæ tranquillitati fident, qui sibi quocunque modo placent, nec protinus spem abijcient, qui mentem habēt semper in deteriora vergentē. Isti huc naturæ peculiaris vitium est, non voluntatis, quod negligendum est, si vinci nō potest, & quod dicat spiritus pro rato habendum, ut cunq; re clamet caro. Arbitror & illud esse naturæ, quod homines, quibus instat extremus dies, sic ferè immutantur, ut nihil eorum probent, quæ sectati sunt in vita, nō quod  
 im pia

impia sint, sed quòd humana & à pfectiõe  
recedentia. Quanquam aduersus hos na-  
turæ affectus, spiritus robore pugnandum  
est, licet ex eis nec alios iudicare cõueniat  
nec nos ipsos. Redeamus igitur ad id quod  
institueramus, ostēsurī, quibus modis sub-  
leuari possint homines, vt pleriq; sunt in-  
firmi, quos mors vicina cõsternat, in quo-  
rum vita multa obliuio, multa negligē-  
tia, multa cessatio, & omnino multò plus  
criminū quàm benefactorū est, & si quid  
benefactorū est, multa rubigine vitiatum,  
vt illa ingerere in conspectum Dei, nihil  
aliud sit, quàm Deum irritare. Animus ad  
mortē aut omnino paratus non est, aut le-  
uiter instructus. Huic in eo articulo quid  
faciemus? Nemo desperandus est, quādiu  
spirat homo. Urget supremum certamen.  
Spatium breue est, opus est expedito con-  
silio. Quid inquam huic optimo iure per-  
turbato suadebimus? Primum si legitimus  
habet hæredes, consultum fuerit, vt omnē  
curam testamentariā ad illos releget. Pri-  
mū hoc nōnihil est cōpendij: sin minus, per  
codicillos, aut si qua via cōmodior nego-  
tiū hoc quam breuissimè absoluat: eo per-  
acto submoueat omnes de rebus huius se-  
culi obstrepentes: in quo supra modū pec-  
cant

cant cōplures, qui iam animā agenti ingerūt scrupulos de testamēto, deq; rebus externis, interdū & morientē cogunt subcribere, idq; detractantē & inuitū ac detestātem illorū importunitatē, per quos mori nō liceat. Quibus amicis quid esse potest inimicius? Dein si morbi ratio patitur, animæ prius quā corpori mederi studeat per exomologesim breuiem, sed sincera & fuci expertē, & à sacerdote cum plena fide summaq; reuerentia pœnitētiæ remediū accipiat, ex intimis pœcordijs Dei misericordiā imploret, sumatq; vitæ castigatio-  
 nis propositum, si contingat reualescere. Quod si fortē nō est parata sacerdotis copia, ne protinus (quod solent superstitioni quidā) trepidet ac despōdeat animum, sed ipsi Deo ex corde cōfiteatur iniustitiā suā, qui pro sua clementia mētis affectum pro facto dignabitur accipere, & quod deest externis sacramētorū signis de suo supplere peculiari gratia. Per illum quidē efficacia sunt omnia sacramēta, quę quodāmodo signacula sunt diuinæ erga nos beneficentiæ: sed idē absq; signis quum opus est cōsulit hominū salutē, tantū vt absit negligētia, & contemptus sacramentorum, absit autē fides & prompta volūtas. Hęc ideo vi-  
 sum

sum est admonere, quod frequenter videmus quosdā valde perturbari, si videantur absq; exomologesi ecclesiastica, Eucharistia, & vinctiōe suprema decessuri. quin hu iusmodi voces audimus è cōpluribus: Ille Christiane mortu<sup>9</sup> est, ter cōfessus est ante mortem, & omnia sacramēta percepit. Rursus cruce signamus nos, si quē audierimus absq; his ritib<sup>9</sup> diē obijisse. Illud certè Christiani hominis est, optare ne quid defit sacramētorum. Sunt enim magna solatia mentiū, nostrūq; fiducia adiumenta, & Christianę synceritatis est, omnē, quum licet, implere iustitiā, sed magis Christianū est, optare fidem & charitatē, sine quibus illa nihil conducunt. Verū ex his externus non oportet quēquam iudicare, nisi cōstet nobis ea per contemptū aut contemptui parē negligentia fuisse prætermissa. Equidem arbitror multos, nec absolutos à sacerdote, nec percepta eucharistia, nec vinctos, nec ecclesiastico ritu sepultos demigrare in requiem, quum alij ceremonijs omnibus solenniter peractis, atq; etiā in in tēplo iuxta summū altare sepulti, rapiātur ad inferos. Exempli loco sint qui naufragio, aut capitis supplicio, aut alioqui repentino morbo casu ve subito perierunt.

His

His igitur addenda est fiducia, vt certò credant se nò minus absolutos, quàm si sacerdoti fuissent confessi, nec minus accipere gratiæ spiritualis quàm si synaxim, & vñtionē extremā percepissent. Tātum adfit, vt modò dicebā, ardens fides, ac prompta volūtas. Quòd si adfit sacerdotiscopia, & motbi vis nò patiatur integrā exomologesim, quæ longiorē requirit orationē, cū intima cordis submissione confiteatur, se totum peccatorē esse, & à sacerdote pio affectu petat absolutionē, plenaq; fiducia sese credat absolutum. Quoties nos concupitis excludit necessitas, De<sup>o</sup> pro sua bonitate mentis affectū amplectitur. Proinde qui in hoc rerum statu torquent hominem cōfessione generali, aut exomologeseos iteratione, anxia circumstantiarū discussione, singulorū criminū enumeratione, au rē piā faciāt ipsi viderint, certè rem meo iudicio faciunt intepestiuā. Sufficiat vna, eaq; breuis, sed syncera cōfessio præcipuorum criminum quæ occurrunt animo : aut si id non licet, ardens exomologeseos affectus. Ad hæc, si lēsus est à quocquā, vindictā ex animo remittat. Si qui lēfit indignus est cui noxa cōdonetur, Christus dignus est, in cuius gratiā deponatur vlciscen

vlsificendi affectus. Ne hîc igitur reputet  
 quàm atrociter sit læsus ab hoc & ab illo,  
 sed quàm multa ipse sibi à Deo condona-  
 ri postulet. Si quem ipse læsit, curet illum  
 quàm licet recõciliandũ. Si is nolit redi-  
 re in gratiã, precetur illi mentẽ meliorẽ,  
 ipse quia quod potuit præstitit, excusatus  
 est apud Deum. Si requiruntur bona ope-  
 ra, nullum opus efficacius ad impetrandũ  
 domini misericordiã, quàm in gratiam Iesu  
 Christi, & ad illius exẽplum, qui pendens  
 in cruce oravit pro ijs, per quos erat ad-  
 actus ad crucem, & à quibus conuitijs in-  
 cessabatur cruce grauioribus, ex animo  
 gratisq; condonare, quicquid in nos pec-  
 cauerunt homines: & haud scio an vllum  
 opus magis arduũ, eoq; cum primis à do-  
 mino petẽdum. Sed tamẽ huc adiuuat ipse  
 morbus, qui frangit humani spiritus fero-  
 ciam, & ad ignoscẽdum reddit mitiorem.  
 Hîc nõnullæ partes sunt eorũ, qui adsunt  
 laborãti, vt ægroto excutiant affectũ vul-  
 garem, quo multi credunt per exomolo-  
 gesim, Eucharistiã, & vnctionem extre-  
 mã accelerari mortẽ: persuadeãtq; potius,  
 id quod res est, his modis maiorẽ esse spẽ  
 recuperandæ sanitatis, siue quòd animus  
 æger morbum cõduplicat, siue quòd non  
 raro



raro corporis aduersa valetudo manat ab animo, postremo quòd Deus citius audiet vota supplicatium pro reconciliato quàm pro irreconciliato. Deinde vt sacerdotem adhibeant, qui linguam habeat eruditam, vt sciat sustetare qui lassus est verbo, quiq; sic moderetur alloquium suum, vt nec nimium blandiens fallat ægrotum, nec in-tempestiua austeritate conijciat in desperationem: nec baculû fractum cõminuat, nec linum fumigans extinguat. Nã vtranque in partem peccatur à multis. Nec temere quosuis admittant ad ægrotum, sed eos duntaxat, quorum alloquio subleuetur. Eas personas arceãt, quarum aspectus ægroto possit affectum peccandi reuocare, veluti turpium voluptatum aut aleæ socios, siue atroces inimicos. Medicorum opem nec aspernetur, nec adoret. Summa spes fixa sit in Deo, qui vt solus inserit animam corpori, ita solus eximit, quum vult. Interdum tamen accersendus medicus, ne videamur tentare Deum, præsertim in morbis præsentaneis, quos medici vocant acutos. Turba medicorum arceatur, non tantum ob id, quòd quemadmodum Græcorum prouerbio dicitur, multitudinem imperatorum perdidisse Cariam, ita mul-

E  
ros ægro

Esa. 42.

eos ægrotos frequenter extinguit medi-  
 corum multitudo: verum etiam quod horū  
 officiosa sedulitas, dum alius aliud suadet,  
 & quisque alieno periculo affectat videri  
 sapere, atq; interim pharmaca pharmacis  
 cumulantur, fit vt non vacet ægrotō iustā  
 curam impendere rebus animi. Porro quū  
 propius vrget periculum, efficacissima so-  
 latio sunt admouenda: quo tempore quidā  
 emigraturo blandiuntur, multi & ipsi sibi  
 blandiuntur vulgaribus parumq; efficaci-  
 bus remedijs. Veluti quum alius suadet, vt  
 iubeat se sepeliri in veste talium: aut taliū  
 monachorum, aut vt votum Deo nūcupet  
 se, si conualescat; Carthusianorum institu-  
 tum professurū. Quin potius admonendus  
 est ægrotus, vt ab hoc votorū genere tem-  
 peret in morbo: satis esse si proponat vitā  
 in melius commutare: de forma vitæ su-  
 scipiēda deliberet sanus, perturbationibus  
 ac meru liber. Displicet enim Deo *stulta*  
*promissio*. Stulta autem est, quam ab ani-  
 mo constetnato extorquet terror. Alius di-  
 cit, Morere securus, ego intra annum pro-  
 te adibo Hierosolymam, aut limina beati  
 Petri ore pam nudis genibus, aut ingre-  
 diar antrum Patricij, quod est apud Hy-  
 barnos. Noui feminam nobilem ac pru-  
 dentem:

*Eccl. 5.*

dentem, quæ sacerdoti legauit bonam pecuniam summam, vt annum Romæ quotidie sacrificaret, quasi missæ Romanæ sanctiores sint quàm Britannicæ. Et tamen ea pecunia melius fuisset collocata, si obligasset eum sacrificum, ne vnquam Romam adiret, nam mihi familiariter notus erat, quem arbitror magis sacrificasse Vulcani coniugi quàm Deo. Alij suadent, vt alicuius probari monasterii aut ordinis omnia benefacta redimat. Non inficior, magnum esse solatium in communione sanctorum: verum enim uerò an tales contractus ratos habeat Deus, ambigo. Mea sententia presentius remedium est aduersus desperationem, si laboranti ponatur ob oculos totius ecclesiæ communiō, quæ latissimè patet, cōplectens quicquid ab initio mundi fuit piorum hominū qui Deo placuerunt, quo in contubernio sunt & Angeli. Tota hæc sodalitas votis ac precibus adiuuat laborem, expectās speciosam victoriam. Quis igitur abiiciat clypeū, qui tam numerosas copias habet auxiliantes. Si spē facit vnius monasterii deprecatio, in hoc numero sunt vniuersa monasteria. Non hæc eò dixerim, quòd non conducat certorum hominum preces implorare, aut min<sup>9</sup> vtilis esse rear

paucorum deprecationes, praesertim quae proficiuntur ex Christiana liberaq; charitate, sed quod ad erigendam spem aegroti utilior sit vniuersitatis contemplatio. Sic enim dilatatur animus. Sed omnium efficacissimum est solatium à Christo nunquam dimouere fidei oculos, qui se totum nobis impedit, quem habemus aduocatum apud Deum, qui nunquã non clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. In huius petrae cauernas semet occulat, in huius vulnera sese abdat aegrotus, & turus erit à Satana. Quocunq; auocat callidus ille serpens, hic semper oculos habeat ad serpentem illũ æneum in sublimi stipite fixũ, ad cuius contẽplationem Paulus reuocat Galatas, qui ideo coeperãt vacillare, quod à crucifixo deflexerãt oculos. Non occidẽt volantiũ spirituum venenati morsus, si fides immotis oculis itueatur signũ illud salutis æternæ. Christus in cruce pendẽs signũ est triumphale, signum victoriæ, signũ gloriæ sempiternæ. Nobis ille pugnavit, nobis vicit, nobis parauit triumphũ, tantũ vt huc intentos & vigilantes habeamus oculos fidei. In prelijs humanis non parum habet momenti ad victoriam, quod in Socrate laudat Alcibiades, nunquam

nunquam conuere. Sed in hoc conflictu qui nobis est cū hoste spiritali, tota victoriæ spes est in oculis, sed multū interest discriminis. Illic obseruatur vndiq; intentis oculis, quid agat hostis: hic ad Satanæ molitiones cæci ac surdi, tantū ad gratiæ signum habemus defixos oculos: & ad redemptoris voces aures habemus arrectas. Satanæ ea ingerit animo, quæ exaggerāt Dei irā. At Christus in cruce pendens ostendit argumēta misericordiæ. Satanæ oblatrat, quæ demergunt ad desperationē: Christus loquitur quæ erigunt in spem. Nam fides sicut habet oculos, sic habet & aures. Vtrūque sensum ab anima requirit spiritus sanctus, qui loquitur Psalmo 44. Audi filia & vide, & inclina aurē tuam. Audi quod præcipit sponsus tuus, & vide quid promittat, & si videbitur absurdū, tantam felicitatem paratam collocantibus fiduciam in domino Iesu, inclina aurē tuam, vt ea quæ superant hominis sensum, ob hoc ipsum credas, quia dominus est qui promisit, cuius misericordia non minus est incomprehensibilis quàm omnipotentia. De his auribus meminit Psalmus 48. Audiam quid in me loquatur dominus. Ne auscultes quid in te loquatur caro, quid Satanæ, quid humana

ratio, nihil enim loquatur nisi desperationem: sed audi quid loquatur dominus, loquitur enim pacem in plebem suam. Ecclesia plebs est domini, gēs peculiaris & populus acquisitionis, in hoc esto, & audies dominum loquentem pacifica. Sequitur, Et super sanctos suos. Hic rursus concidit infirmitas humana exclamans: O me perditum, peccatis onustus sum, quae mihi societas cum sanctis? Atqui non dicit, super sanctos legis aut Moſi, sed super sanctos suos. Sancti illius sunt, quos per filium sanctificavit. Si nondum etiam cōquiescit animus, audi quod sequitur, Et in eos qui cōvertuntur ad cor. Noli expēdere criminū magnitudinē, tantum respisce, & audies dominū intus loquentem pacē. Sermo pacis erat, quem audiuit nobilis illa peccatrix: Fides tua te saluā fecit, vade in pace. Dic cū Davide, sed dic ex animo: Peccavi domino, Duobus verbis paratā & exertam vltionē verteris in misericordiam. Tales aures habebat qui dicit, Holocaustum & pro peccato non postulasti, aures autē perfecisti mihi. De oculis loquitur Psalmus 12. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, Praevalui aduersus eum. Vides hic victoriā

in oculis

Luc. 7.

2. Re. 12.

Psal. 29.

in oculis esse potius quam in manib<sup>9</sup>. Corporis oculos obscurat mors, sed non est quod de nobis gloriatur hostis noster, quando lucet in animo fides nunquam dimouens oculos à Christo crucifixo. Quin totus hic psalmus hoc agit, vt hominē in agone constitutum ac de desperatione periclitantem erigat, diuinæ misericordiæ contēplatione. Ideo sequitur: **Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero, hoc est, si fide vacillauero. Audis periculum ingens, sed accipe præsens auxilium. Ego autē in tua misericordia speraui. Sed vnde misericordiæ spes? Exultabit cor meū in salutari tuo: cātabo domino qui benefecit mihi. Salutare Dei Christus est, nec est aliud nomē in quo nos oporteat saluos fieri, Act. 4. Tantam vim habet Christi pro nobis crucifixi contēplatio, vt desperatio vertatur ī spem, spes vertatur in exultationem. Et qui prius desperationi vicinus dicebat, **Qui tribulant me exultabūt, si mortuus fuero, nunc dicit, Exultabit cor meum in salutari tuo. Audis victoriā, nūc audi triumphum: Cantabo domino qui bona tribuit mihi. Qui nō habet sua bona quæ cātet, cātet bona, quæ gratis largitur Deus p filiū. Si nostris benefactis confidimus, exultabit aduersarius: sin in****

domino IESU figamus sacram ancoram  
 spei, conciderit hostis noster, quemadmo-  
 dum exultans dicit Apostolus Rom. 8. Si  
 Deus pro nobis, quis contra nos? **Qui** etiã  
 proprio filio non pepercit, sed pro nobis  
 omnibus tradidit illũ, quomodo nõ etiam  
 cum illo omnia nobis donabit? **Quis** accu-  
 sabit aduersus electos Dei? Deus est qui  
 iustificat, quis est qui condemnet? **Hac** ra-  
 tione fit, vt subito rerum vices inuertãtur,  
 & Christi præsidio victoriam auferat, qui  
 videbatur deploratus, & hostis fractus ac  
 repulsus abscedat, qui iam exultare cœpe-  
 rat. **Hæc** nimirum est victoria fidei, de qua  
 beatus Ioannes in epistola cap. 5. Omne  
 quod natũ est ex Deo, vincit mundum, &  
 hæc est victoria quæ vincit mundum, fides  
 nostra. **Quis** est autẽ qui vincit mundum,  
 nisi qui credit, quòd Iesus est filius Dei, quẽ  
 pater voluit esse victimam pro peccatis hu-  
 mani generis? In hoc gradu quandiu con-  
 stiterit Christi miles, quantumuis circun-  
 filiat, quãtumuis incurset hostis, vinci non  
 poterit. In hoc autem extremo conflictu  
 illud summa vi molitur hostis, vt egrotum  
 adducat in desperationẽ, quod est inter o-  
 mnia crimina grauissimum. Eoq; tum con-  
 tra nitendum est, vt laboranti vndiq; inge-  
 rantur



rantur quæ in spem erigant ; animumq̄;  
corrobovent. Ad id adiuuabit imago cru-  
cifixi ægrotantis oculis ex aduerso propo-  
sita, quæ memoriã infirmam ægroti su-  
binde renouet. Nec non picturę sanctorũ,  
in quibus dominus extare voluit bonitatis  
ac misericordiæ suæ monumentũ, peccari-  
cis Euangelicæ, Petri post abiuratũ domi-  
num flentis, ac similiũ: deinde recitatio lo-  
corum è scripturis diuinis, quę nobis com-  
mendant immensam Dei misericordiã, &  
erga genus humanum charitatẽ: præcipue  
vero quæ dominus Iesus pro salute mũdi,  
tum facere, tum pati dignatus est. Sunt au-  
tẽ huiusmodi loca innumera, quæ magnũ  
& efficax solatium adferre possunt animo  
labascenti. Siquidẽ in hoc articulo Satanas  
congerit in hominis mentem quicquid fi-  
dei spei q̄; scintillã potest extinguere. Exag-  
gerat maiestatem ac iustitiam Dei, toties  
spretam ac violatam. Amplificat illius in  
hominem lenitatem ac munificentiam; per  
omnem vitam neglectã ac reiectã, hoc  
ipsum torquens in argumentum despera-  
tionis, quod veniæ spẽ alere debuerat. In-  
gerit tot annos male conlũptos, tot omis-  
sas occasiones quæ ad benefaciendum inui-  
tarunt, & si quid recte gestum est deprauat

E 5 ad calum

ad calumniã. Tentat & fidem hominis, vt dubitet de scripturarum autoritate, deq; dogmatibus quæ nobis tradidit ecclesia, philosophorum & hæreticorũ rationes in animũ suggerens, perplexasq; quæstiones, de mundo cõdito ac redempto, de immortalitate animarum, de resurrectione corporũ, de Christo, an fuerit verus Deus & homo, de sacramentis ecclesiæ, quam vim habeant, de præscientia ac prædestinatione Dei, Omnia detorquens ad diffidentia ac desperationem, huc etiã scripturarũ testimonia deprauã, quod aufusest & in ipsum dominum, scripturarũ autorem. Ad hæc adiulant per occasionẽ aduersarium morbi molestia, mortis pavor, horror gehẽnæ, & naturalis mentis imbecillitas animiq; tristitia, quam adfert grauis ægrotudo. Ad hanc igitur inclinationem occurrit hostis, omnes admolens machinas, vt nutantem deiciat ac præcipitet. Verum quemadmodum cum peccatis luctandum non est, sed ab horum consideratione ad Christi gratiã auertendus est animus, ita cum Satana nõ est disputandũ, sed impia suggerenti dicendũ, Abi retro Satanas, mihi phas nõ est dubitare de ijs quæ spiritu sancto docta tradidit ecclesia, & satis est tenere fide quod ingenio

ingenio non assequor. Narrant quiddam non quidem è sacris voluminibus, sed tamen ad id quod nunc agimus satis accommodum, de duobus quos imminente morte de fide tentauit Diabolus: alter philosophiæ peritus erat, alter nihil aliud quàm Christianus, rudis & anormis. Priori suggestit quid crederet, an Christum Deum & hominem, an natam de virgine, an resurrectionem mortuorum. Cœpitque philosophiæ rationibus demonstrare, non posse coniungi in vnum ea inter quæ nulla esset affinitas, velut inter finitum & infinitum, creatum increatum. Deinde præter naturæ rationem esse, vt virgo pariat citra viri congressum, nec, iuxta philosophorum principem Aristotelem, esse reditum à priuatione ad habitum. Quid multis? vacillauit homo, & præcipitatus est, hostis victor abiit. Alter ille rudis percontanti quid de hoc & illo crederet, respondit compendio, quod credit ecclesia. Rursum obijcienti quid crederet ecclesia, quod ego, inquit. Quid tu? Quod credit ecclesia. Quid ecclesia? Quod ego. Ab hoc imparato ad disputandum, sed simplici fide stabili, tentator victus discessit. Hoc responsum satis est ad abigendum insidiosum hostem.

hostem. Maximè tamen valet in obscuris ac dubijs. Veluti si suggerat hostis, aut homo intèpestiuus, quomodo in tribus personis fit eadem numero essentia, quibus modis inter se distinguantur? Respondeat, sicut credit ecclesia. Quomodo idem corpus possit esse diuersis in locis eodem tempore, & quomodo in Eucharistia verū hominis corpus possit in minimo spatio contineri? Respōdeat, sicut credit ecclesia. Rursum qualis sit ignis apud inferos, & quomodo res corporea agat in substantiam incorpoream? Respōdeat, sicut credit ecclesia. Aut si quid respōdendum est, paucis respondeat, aut ex Symbolo Apostolorum, quod ægroto quotidie dictandum erit, aut ex literis diuinis, aut ex spiritu fidei. Si Satanus ingeret criminum magnitudinē, cōuersus ad Deum dicat: Auerte faciē à peccatis meis, & respice in faciem Christi tui

**I E S V.** Scelera tua superant arenā quæ est in littore maris. Copiosior est domini misericordia. Quī speras iustitiæ præmiū totus iniustus? Iustitia mea Christus est. Tu sceleribus opertus cū Petro & Paulo migrabis in requiem? Non, sed cum latrone, qui audiuit in cruce, Hodie mecum eris in paradiso. Vnde ista fiducia, qui nihil boni feceris?

**LUC. 23.**

feceris? Quia bonum habeo dominū, exorabile iudicem, & gratiosum aduocatum. Detraheris in Tartara: Caput meū in cœlo est. Damnaberis, Tu calumniator es nō iudex, damnatus non damnator. Multę dæmonum legiones expectant animam tuā. Desperarem ni protectorem haberem, qui deuicit vestram tyrannidem. Iniustus est Deus, si pro malefactis dat vitā æternam. Iustus est qui seruat promissa, & ego ab illius iustitia iandudum appellauī ad eiusdem misericordiam. Inani spe tibi blandiris. Nō potest mentiri veritas, promissis fallere tuum est. Quid relinquis vides, quid habiturus sis non vides. Quæ videntur temporaria sunt, quæ non videntur æterna: plusquā videt, qui firmiret credit. Migras hinc onustus malefactis, nudus bonis operibus. Rogabo dominum vt me meis malis exoneret, suis bonis conuestiat. At Deus peccatores non audit. Sed audit pœnitentes, & ille pro peccatoribus mortuus est. Sera est tua pœnitētia. Nō fuit sera latroni. Latronis erat firma fides, tua vacillat. Orabo dominum vt augeat fidem meam. Falsò tibi persuades, te misericordem habere dominum, qui te tot malis extruciat. Medetur vt clemēs medicus. Quir voluit mortē esse  
tam

ram acerbam? Dominus est, nō potest velle nisi quod bonum est. Quir seruus male frugi recusem perpeti quod dominus gloriæ perpeffus est? Miserum est mori. Beati qui in domino moriūtur. Sed mors peccatorum pessima. Peccator esse desijt, qui se cum spe misericordiæ peccatorē agnoscit. Relinquis hunc mūdum. A' tristi exilio migro in patriam. Tantum bonorum hic relinquis. Sed lōge plus malorum. Relinquis opes tuas. Aliena sunt quæ relinquo, meā mecum effero. Quid effers, quū in te nihil sit boni: Hoc verē meum est, quod mihi gratis donat dominus. Deseris vxorem ac liberos, Domini sunt, ei illos commēdo. Durum est distrahi à charissimis. Breui me sequentur. A' iucundis amicis diuelleris. Propero ad iucundiores. Quoniam autem verfutissimus hostis quos ad desperationē pertrahere non potest, sollicitat ad sui fiduciam, vt quos non valet in præcipitium detrudere, in altū elatos elidat, aduersus hoc quoq; non leue discrimen muniendus est ægrotus. Quemadmodum autem aduersus desperationis Charybdim tutum est, si quo magis Saranas deprimat hominē conscientia scelerum, hoc se magis erigat fiducia diuinę misericordię ac societatis cum Christo

Christo

Christo mysticæ: ita aduersus arrogantiam Scyllam præsens erit remedium, si semet consideratione propriæ imbecillitatis abijciat. Quisquis enim in Christo fortis & excelsus est, in seipso humilis & abiectus; nec deijci potest à Satana, nec allidi. Tale quiddam in veterū monumentis legimus de diuo Antonio monacho, quē mille modis oppugnavit Satanas, nec vnquā potuit expugnare. Quodam autem tēpore, quum frustra admotis omnib<sup>9</sup> rechneris nihil profecisset; se vinci fassus est his verbis. In casum nitor: si ego te deijcio, tu teipsum atollis: si te atollo, tu teipsum deprimis. Ad hanc imaginem si Satanas suggererit, Dignus es qui inter Seraphicos sedear: respondeat ægrotus, Nulla est mea dignitas, nisi quod indignitatem meā agnosco: Multum orasti, multum ieiunasti, vitam austerā duxisti, plurimū in egenos erogasti, Quæ naras omnia: mihi cū damnatis Phariseis sunt communia. Si quicquam ex me boni operis profectum est, domini est, non meū: At purus est abijs virijs quibus ille & ille laborat: Est igitur vnde domino gratias agam, non est vnde mihi placeam. Nam nisi me domini misericordia protexisset, & si similis irruisset cōtatio, patrassem eadem,

aut

aut etiam sceleratiora. Huiusmodi respon-  
 sunculis muniendus est ægrotus, brèuibus  
 & expeditis aduersus Satanę prauas sugge-  
 stiones. Exempla sanctorũ reuocanda sunt  
 illi in memoriam, sed in quibus reluxit in-  
 signis domini misericordia: velut in Dau-  
 de, qui adulterium cumulauit homicidio, ac  
 duobus verbis effugit vindictam: in Nini-  
 uitis, in Achab, in filio prodigo, in Publi-  
 cano, cuius iustitiã dominus præfert Phari-  
 saicæ sanctimonix, in muliere peccatrice,  
 quæ audiuit à domino, Remissa sunt tibi  
 peccata tua. In muliere adultera, quæ audi-  
 uit, Vade & ampli<sup>9</sup> noli peccare: in Petro,  
 qui ter abnegauit dominum: in Paulo, qui  
 persecutus est ecclesiam Dei, vinciens &  
 occidens qui profitebantur nomen domi-  
 ni I E S V. In Cypriano, qui ex mago factus  
 est martyr, alijsq; multis, qui ex idololatria,  
 ex blasphemia, ex horrēdis criminibus, per  
 fidem in Christum misericordiam & coro-  
 nam assequuti sunt. Ad excludendam despe-  
 rationem, & erigendã spem, aptiores sunt  
 literæ noui testamenti quàm veteris: Nec  
 mirum, Moses Iudæos terrebatur præceptis.  
 Christus vniuersos cōsolatus est per fidem  
 & gratiam. Habent autem sacra volumi-  
 na non exempla tãtum, sed & dicta quam-  
 plurima,



plurima, partim quæ terrorem incutiant, partim quæ territos consolentur. Per hæc enim ferè voluitur omnis prophetarū sermo Dei vindictam exaggerans auersis à Deo, ac rursus Dei misericordiam amplificans ad pœnitentiã cōuersis. Vtrunq; pharmacum salutiferū est, si scitè & in loco adhibeatur. Quæ territant admouenda sunt corpore sanis, sed animo laborantibus, ferocibus & huius vitæ prosperitate temulētis, aut mundi delicijs quasi mandragoræ indormientibus, quo velut elleboro ingesto resipiscant, aut brasiica sumpta redeāt ad sobrietatē, aut vehementius in clamatū vellicatiq; expergiscantur. Quæ veniē spē faciunt, adhibenda trepidis ac meticulosis, præsertim in mortis discrimine. Quanquā nec illis sic ingerēdus est terror, vt pharmaco non admisceatur veniæ spes, nec his ita sunt adhibēda lenimēta vt fallātur. Siquidē aliud est corrigere, aliud deijcere: rursus aliud cōsolari, aliud adulari. Proinde nō parui refert, qui ægrotantibus assideant. Hos oportet ad manū habere varia scripturarum loca, quibus ægrotum nutantem fulciant, vel recitandis, vel enarrandis. Ad idē valebūt precatiūculæ aptè compositæ. Feruntur enim quædam ab indoctis compositæ,

F  
sitæ,

fitæ, & ab indoctis ingeruntur ægrotantibus. Sic excitata spe, superest purgatorij terror, quem & ipsum quidam remedijs, mea sententia, parum solidis lenire & eximere conantur. Quidam emptirijs diplomatibus promittunt securitatē ab igni purgatorio, sed vereor ne hoc sit non subleuare ægrotū, sed os sublinere morituro. Rectius faciunt, qui missis ac precibus piorum hominum, nec non eleemosynis suadet minuendos esse purgatorij cruciatus. Sed omnium efficacissimum est, si moneatur ægrotus, vt quantum potest, excitet fidem & charitatem erga Deum & proximum, ex animo condonet omnibus à quibus læsus est, ac morbi cruciatus, mortemq; imminentem amore Christi patienter ferat, totum se per omnia submittens volūtati diuinæ, reputans Deum non iudicare bis in ipsum, & Christum pro nostris delictis in cruce dependisse pœnas. Ex his fontibus ac potissimum ex illius sanguine petat ignis purgatorij refrigerationē. Atq; ita sibi diffusis, tæxus immensa Dei misericordia, Christi meritis, ac sanctorum omnium suffragijs, contrito corde, cum religiosa fiducia dicat, IN MANVS TVAS DOMINE COMMENDO SPIRITVM MEVM.

MEVM. Nulla inuidia est, si peccator  
 & infirmus vsurpet verba domini sui. Nam  
 ideo caput nostrum hæc expressit in se-  
 se, vt nos imitaremur, qui sumus illius *Act. 7.*  
 membra. Quod si cui placet & ab alijs  
 sanctis exemplum petere, dicat cum bea-  
 to Stephano, Domine I E S V accipe  
 spiritum meum. Exempla magnam ha-  
 bent vim ad commouendos animos. O-  
 stendunt enim velut in speculo. quid de-  
 ceat, quid secus: quemadmodum & in re-  
 bus externis vehementius visis quàm audi-  
 tis permouemur: proinde non mediocrem  
 habet vtilitatem, frequenter morientibus  
 adesse, vt quod in illis detestandum cõspe-  
 xerimus, vitemus, quod pium ac sanctum,  
 imitemur. In illo siquidem articulõ appa-  
 ret qualis sit cuiusq; fides, qualis conscien-  
 tia. Sed nullum inuenietur exemplũ perfe-  
 ctius quàm quod dominus noster in seipso  
 nobis expressit. Quum enim instaret illa  
 nox extrema, aduersus imminentem ten-  
 tationis procellam communijt suos sacro-  
 sancti corporis & sanguinis sui comteatu,  
 nos admonens, vt quoties incidimus in ca-  
 sum aut morbum qui mortem minitetur,  
 protinus exomologesi purgemus affectus  
 nostros, quemadmodũ dominus lauit pe-

des discipulis suis, mox reuerenter accipimus corpus domini, qui cibus animus nostros fortes & inuictos reddet, aduersus hostem spirituales. Dominus nullum condidit testamentum, sed pro testamento fuit sermo totus igneus, quem Ioannes accuratius prosequitur, & institutio sacramenti Eucharistiae in mortis ipsius memoriã. Testamentum sapiebant & illa verba de cruce, Mulier ecce filius tuus. & ad discipulum, Ecce mater tua. De externis igitur paucis agendum est, de ijs quae faciunt fidem & charitatem multis. Solent enim verba morientium auidius excipi, & altius insidere mentibus audientium: partim quod nemo creditur fingere in eo quidẽ articulo: partim quod mens dum incipit diuelli à corpore, quo grauatur, saepe specimen edit illius libertatis & cognitionis ad quam proficiscitur. Sed redeamus ad redemptionis exemplũ. A mystica coena secedit ab edibus in hortum, ac iussis eo loco subsidere reliquis discipulis, tres tantũ sibi adiungit, Petrum, Ioãnem & Iacobũ Zebedei, vt eisdem haberet testes humanae infirmitatis, quos in monte gloriae suae testes esse voluerat. His confessus est extremã animi tristitiam, quae saepe morte ipsa grauior est.

Quibus

Quibus vigilare & orare iussis, rursus secessit ad orandum. In corporali secessu domini magnum est mysterium. Qui se morti præparat, ab omnibus vrbanis ac domesticis affectibus succedat oportet, reipub. curâ abijciat, possessionū solitudinē penitus exuat, vxorem ac liberos domino commendet, ab amicorum & cognatorū fiducia sese subducatur, ne intimos quidē in animi curas recipiat, sub dio sit oportet, qui tum velit loqui cū patre cœlesti, quum vrget extrema tentatio. Ter admonet dormientes, vt vigilent oportet, ne intrent in tentationem. Intra tentationem, qui se tradit in potestatem tentatoris. Vigilantes autem & orantes perstringit quidem tentatio, sed mox præterit. Quod tribus discipulis dixit dominus, nobis omnibus dixit. Dormierunt illi, & ideo succubuerunt tentationi. Petrus omnium fortissimus abnegavit dominum, cæteri metu diffugerunt, magis etiam abiuraturus, si similes terror fuisset obiectus. Itidem in mortis discrimine vincitur infirmitas humana, nisi instanter, nisi puro affectu, nisi cum inuicta fiducia implorauerit auxilium illius, qui solus viuificat mortuos. Porro quo pacto sit orandum in eo rerum sta-

tu, exemplo suo redemptor monstrare dignatus est. Flexit genua, parum hoc est, prostravit sese in faciem. De terra clamavit ad patrem, tam valide, ut vox deprecantis à discipulis tribus, qui ad lapidis iactum aberant, alioqui & somno grauatæ exaudiretur. Bis ad deprecationem rediit, ter eadem verba repetiuit, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Flectit genua, qui se totum subiicit voluntati diuinæ: procumbit in faciem, qui sibi totus displicet, totus suis diffidit viribus ac benefactis, nec aliunde sperat solatium quàm à misericordia domini. Nec statim desperandum, si differtur consolatio: iterum atque iterum redeundum est ad clamorem, non oris sed cordis. Etenim si nos quod dominus externe fecit, spiritaliter imitemur, aderit bonus angelus, qui sudorem sanguineum abstersurus est ab animo nostro: & aut eripiet à discrimine, aut robur addet spiritui, ut mortem fortiter perferamus. Postremò cum domino nudicrucem ascendamus oportet procul ab omnibus terrenis affectibus, ad celestis vitæ amorem erecti, ut cum beato Paulo dicere possimus, Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo: atq; ibi tribus affixi clavis, fide, charitate, & spe constanter perseue

perseueremus, strenuè depugnantes cum  
 Satana, donec eo deuicto in æternum re-  
 quiem demigremus, præsidio gratia-  
 que domini nostri IESU Chri-  
 sti, cui cum patre & spiri-  
 tu sancto laus & glo-  
 ria in omne æuū.

Amen.

ERASM

F 4

ERASMVS ROTE-  
 RODAMVS HEN-  
 RICO GLAREA-  
 NO SVO  
 S. D.



**A**NTE complures annos, cum Senæ valetudinis confirmandæ gratia, menses aliquot commorarer, Alexâdram archiepiscopum titulo diui Andree, felicissimæ indolis adolescentem apud quem tum diuerfabar, varijs thematitijs, quas Græci *μίλιτας* vocant, exercui. Ex his à me neglectis, nescio quo casu, seruatum hoc vnum inter schedas reperi. Id hac lege ad te mitto, vt si nō probas, abijcias quò meretur. Sin approbas, nostro exemplo tuos item adolescentes hoc genus argumentis exerceas, atque etiam si videtur, libellum hunc cæteris lucubrationibus meis adijciendum cures. Bene vale  
 Glareane, Heluetiæ  
 tuæ decus.



## DES. ERAS.

ROT. IN GENERE

CONSOLATORIO DE-

CLAMATIO DE

MORTE.

\*



QVA M acerbum vulnus ex  
 optimi pueri decessu pater  
 acceperis, equidem ex meo  
 ipsius dolore facile conie-  
 cturam facio. Quare vehe-  
 menter sim inhumanus, si parētem in tam  
 tristi casu lugere vetem, cū alienus ipse  
 non quam non lugere. Impudens autē  
 meritō videar, si tuo dolori parē mederi,  
 cum mihi ipsi medico sit opus, si que patri  
 coner lachrymas abstergere, cū ipse la-  
 chrymarū nullum adhuc modū facere pos-  
 sim. Quanquā enim hoc fortunæ telū, pa-  
 ternum pectus altius ferire debuit, tamen  
 illud tibi præstare solet singularis quædam  
 sapientia, vt omneis casus humanos non  
 solū forti & infracto, verū etiā alacri per-  
 feras animo. Proinde tibi constes oportet,  
 vt animi dolorē, omnino iustissimū (quis  
 enim neget?) si nondū potes abijcere, cer-  
 te premas, ac modereris. Cur autem non

*Insinua-  
tio.*

*Benevolē-  
tia.*

*Proposi-  
tio.*

F s etiam

etiã abijcias? videlicet, vt quod ab idiotis  
 imperat paucorum dierum spatiũ, id à sa-  
 pientissimo viro impetret ratio. Nã quæ  
 matercula tam inpotenter filij mortẽ lu-  
 get, cui dies nõ ægritudinẽ leniat primum,  
 deinde penitus etiã adiunat? Nusquã animo  
 deijci, sapientis est: at in his casibus, quibus  
 omnes ex æquo, maximi pariter ac mini-  
 mi sumus obnoxij, dolore immoderatus,  
 extremæ vecordiæ mihi videtur esse. Quis  
 enim ignorat, nisi prorsus incogitãs, hac se  
 lege natũ esse, vt quãdocũq; vocarit Deº,  
 si protinus hic emigrandũ? Itaq; qui mor-  
 tem hominis deplorat, quæso, quid aliud,  
 quã se mortalẽ esse deslet? Aut cur po-  
 tius mortẽ deplores, quã natiuitatẽ, cum  
 vtraq; iuxta secundum naturã fit? Perinde  
 ac si quis gratias agat, quod conuiuium sit  
 admissus, queratur autẽ sese dimitti. Quòd  
 si quis velet è sublimi specula vniversi  
 mortalium generis conditionem vitamq;  
 contempletur, non meritò delicatus sibi  
 si inter tot, orbitatis exempla, inter tam  
 densa senum ac iuuenum funera, grauius  
 discrucietur animo, perinde quasi soli no-  
 uum aliquod ac magnum malum accide-  
 rit, quasiq; vnus tanquam albæ, quod  
 aiunt, gallinæ filius, extra publicam aleam  
 statui

statui postulet? Quas ob res sapientissimi legum conditores, uti luctum aliquem parentum affectibus indulgent, ne videlicet à quibuslibet ἀνάγκῃ illam exigere videantur à nonnullis etiam Stoicis damnata, ita eum modicis sanè finibus circumscripserunt. Siue quòd intelligerent, in id genus casibus, qui cum omnium sunt communes, tum verò non fortunæ iniuria, sed ipso naturæ atque ordine inducuntur, brevem mœrorem sufficere vel infirmioribus, utpote natura vulnus quod inflixit, leniente, sensimque cicatricem obducente. Siue quia perpenderit, dolorem non solum inutilem esse ijs quibus impenditur, verum etiam perniciosum ijs, à quibus sumitur, gravem ac molestum amicis ac familiaribus, ritæq; socijs. Iam verò si quis rem recta reputet via, an non dementiæ species esse videtur, vltro malum malo addere, & cum fati iacturam nulla ratione sarcire possis; tamen vltro tibi perniciem accersere? Perinde ut si quis ab hoste nonnulla facultatum parte spoliatus, quicquid reliquum est, id omne iratus in mare deiciat, adq; eum modum fortunam suam deplorare sese prædicet. Quod si nos parum monet Nîmus ille nobilis & quovis

quouis etiam philosopho dignus, Feras, nō culpes, quod vitari nō potest, certè Dauidis sapientissimi regis exemplum pulcherrimum in mentem veniat. Cui simularq; pueri, quem tenerrimè diligebat, mors est nuntiata, confestim solo erexit sese, pulverem absterfit, ciliciū abiecit, deinde lotus & vnctus, vultu mutato, iacris ad epulas accessit. Id factum admirantibus amicis, Quid est, inquit, cor me iam conficiam dolore? Nam antehac, vtcunq; spes erat fieri posse, vt meo luctu flexus Deus infantem seruaret, nunc nullis ille lachrymis ad nos reuocari potest, nos ad illum breui properabimus. Quis tam demens, vt cuiquā supplex esse velit, quem certò sciat precibus non commoueri? At morte nihil inexorabilius, nihil surdus, nihil rigidius. Arte māfuescunt feræ, vel immanissimæ. Est quo frangatur marmor, est quo mollescat adamas, nihil est quo mortem delinias. Ea nec formæ parcit, nec opibus, nec ætati, ne imperijs. Atq; ob id ipsum æquiore ferenda animo, vel quòd inueuitabilis, vel quòd tam ex æquo communis omnibus. Iam verò quid ego tibi recensere pergam tot Ethnicorum exempla, qui suorum interitum excelso infraçtoque tulerint animo?

mo? A quibus animi fortitudine superari  
 Christianos, non ne turpissimum videatur?  
 Nunc tibi succurrat nobis illa, meritoq;  
 literis omnium celebrata Telamonis &  
 Anaxagoræ vox, Sciebā me genuisse mor-  
 talem. Succurrat Pericles Atheniensium  
 dux, nō tam eloquentia, quā animi for-  
 titudine celebris, qui cum intra quatrīdū  
 duobus mirificis adolescentulis orbatus  
 esse, solito vultu, atque aded coronatus  
 etiam in cōcione differuit. Succurrat Xe-  
 nophon ille Socrate præceptore dignus,  
 cui cum inter sacrificandum mors filij es-  
 set nūtiata, coronam modò deposuit, atq;  
 eandem mox reposuit, simulatq; fortiter  
 in acie cecidisse cognouit. Succurrat Dio.  
 Syracusanus, qui cum in amicorum cōses-  
 su, nonnihil agitaret, ac subitò tumultu in  
 ædibus coorto, sciscitatus quid esset rei, di-  
 dicisset, filium de tegulis lapsum interisse,  
 nihil commotus, iussit extincti corpus mu-  
 lieribus ritè sepeliendū tradi, sese quod in-  
 stituerat non omisurum. Hunc imitatus  
 Demosthenes, amissa filia charissima atq;  
 vnica septimo ab eius obitu die coronatus,  
 & cādido vestitu ad populum prodijt. Cu-  
 ius facti & fidem cōfirmavit, & illustrauit  
 gloriā. Aeschinis inimici criminatio. Suc-  
 currat

currat rex Antigonus, cui cū nuntiatum esset, filium in extraordinario conflictu concidisse, paulisper cunctatus, & intuitus eos qui renūtiarāt, magno quidem animo, Sed, inquit, interisti Alcinoë (nam id erat filio nomen) qui tam temere in hostes te conieceris, neque tux salutis, neque meorum memor monitorum. Quod si Romana te magis capiunt exempla, respice Puluillum Horatium, cui Capitolium dedicatum cū nuntiatum esset, filium vita defunctū esse, nec manū à poste remouit, neq; vultum à religione ad priuatū dolorem flexit. Respice Paulum Aemilium, qui intra septem dies duobus amissis filiis, progressus in concionē, vltro populo Romano gratulus est, quod publicā fortunæ inuidiā domestico luctu redemisset. Cogita Q. Fabium Maximum, qui cū filiū cōsularē, & egregijs clarū gestis amississet, cōsul in concionē prodijt, & encomiū filij recitauit. Intuere Catonē Censoriū, cui cū filiū natu maior obisset, singulari ingenio, summa virtute iuuenis, ad hęc prætor iam designatus, nihil tamē hoc casu cōmōtus est, vt Reipub. negotia segnius administraret. Occurrat Martius, cognomento Rex, is cum filium summę pietatis, magnæ spei,

postre

postremò vnicum amisisset, orbitatē suam  
 adeò infracto tulit animo, vt statim à ro-  
 go inuenis curiā peteret, ac Senatum legis-  
 ferendę causa euocaret. Occurrat L. Sylla,  
 cui filij motus nihil omnino acerrimā illius  
 in hostes virtutem contudit, nec effecit, vt  
 falso sibi felicitis cognomentum vsurpasse  
 videretur. L. Bibulus postero statim die,  
 quàm vtrunq; filium interfectum cogno-  
 uit, ad solita officia processit in publicum.  
 Huius collega C. Cæsar, cum Britanniam  
 peragraret, & filix mortem didicisset, ta-  
 men intra tertium diem imperatoria obije-  
 munera. M. Crassus in Parthico bello, cū  
 filij caput pilo præfixum conspiceret, nam  
 id hostes ludibrii causa proprius acceden-  
 tes ostentabant, conuisijs etiam ex asperā-  
 tes calamitatē, vsque adeò non est ani-  
 mo consternatus, vt repente per omnes  
 ordines equo circumuectus clamaret,  
 suum hoc malum priuatum, cæterum pu-  
 blicam Reipub. salutem in militum inco-  
 lumitate sitam esse. Atq; vt comitam exē-  
 plorum agmē, Gallos, Pisones, Sexuolas,  
 Metellos, Scauros, Marcellos, Aufidios.  
 Claudius Cæsar cum eū amisisset quē, & ge-  
 nuerat & adoptauerat, ipse tamen pro ro-  
 stris laudauit filiū, in cōspectu posito cor-  
 pore

pore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano, solus nō fleuit pater. Atq; vt hos quidē imitari pulchrum ita turpissimū sit non præstare viros eum animum, quem fœminæ præstiterūt. Cornelia duos filios, Tib. Gracchū & C. Gracchum, & occisos vidit & insepultos. At cōsolantibus amicis, miseramq; dicentibus: Nunquā, inquit, non felicem me dicā, quæ Gracchos peperit. Sed quid nos hæc ex priscorum annalibus repetimus? Quasi verò nō quotidiana vita latis exēplorum suppeditet. Circumspice vicinos, circūspice cognatos & affines, quot reperies etiam mulierculas, quæ mortem liberorū moderatè ferant? Intantum nō opus est ad hanc rem magnis philosophiæ præsijs. Nam si quis modò secum animo reputarit, quàm calamitosa sit hæc nostra omnis vita, quot periculis, quot morbis, quot casibus, quot curis, quot incommodis, quot vitijs, quot iniurijs sit obnoxia, quàm exigua pars eius nobis abeat, nō dicam cum voluptate, sed non aliqua ægritudine contaminata, deinde quàm fugax etiā ac præceps, propemodum etiam gratulabitur ijs, qui maturius eam reliquerint. Breuitatem grauiter expressit.



preſſit Euripides , qui vitam mortaliū dieculam vnā appellat. Sed melius Phalereus Demetrius, Euripidem caſtigans, qui eam non potius temporis punctū dixerit. Optime verò Pindarus, qui vitam hominū vmbre ſomniū appellat. Res duas maxime nihil coniunxit, vmbre & ſomnium, vt planè quàm ſit inanis hæc vita, demōſtraret. Porro quàm eadem ſit calamitofa, probè perſpexiſſe videntur antiqui Poëtæ, qui mortaliū genus non alio epitheto rectius inſigniri poſſe iudicarunt, quàm ſi eos *μοχθηγους καὶ δειλοὺς*, id eſt, calamitofos ac miſeros cognominarent. Nam prima pars cui, quæ quidē optima putatur, ſeſe neſcit. Mediam protinus negotiorum tumultus, curæq; excipiunt. Extremam morbi ac ſenectus occupat, vt de feliciffimis interim agamus. Quis igitur nō optimo iure probeſt illam Sileni ſententiã, Optimum eſſe non naſci, proximū, quàm ocyyſſimè aboleri? Quis non approbet Thracum inſtitutum, qui naſcentes luctu lamentiſq; excipiunt: rürſum exeuntes è vita gaudio gratulationibusq; proſequi ſolent? Quod ſi quis ipſe ſibi narret, quæ ſuis auditoribus ſolitus eſt Hegefias, is & ſuam mortem optabit potius, quàm porreſcet, & ſuorum

G obitum

obitum equissimo feret animo. At obstre-  
 pit interim paternus dolor. Ante diem pe-  
 riit, periit adhuc ephebus, periit optimus,  
 ac singulari pietate filius, vitaq; longis-  
 sima dignus. Queritur naturæ vices inuer-  
 ti, quòd filio pater, iuueni senex superstes  
 sit. Sed obsecro te per Deum immorta-  
 lem, quid tandem appellas ante diem? Qua-  
 si verò non vnusquisque vitæ dies & su-  
 premus esse possit. Alius inter materni  
 latebras vteri, vix dum homo præfocatur,  
 & inter fingentis adhuc naturæ manus in-  
 tercidit. Alius dum nascitur, alius dum  
 vagit in cunis, abripitur: alius in ipso sta-  
 tim æui flore, vix dum percepto vitæ sen-  
 su, perit. Ex tot hominum milibus, quàm  
 paucis datum est ad senectæ lumen quæ-  
 admodum vocat Homerus, pertingere?  
 Hac nimirum lege Deus animum lege  
 Deus animum in huius corpusculi præli-  
 dio constituit, vt quocunq; die, quocunq;  
 momento iusserit decedere, protinus in-  
 de sit exeundum, Neque verò quisquam  
 ante diem evocari sibi videri possit, cum  
 nulli sit certus dies præscriptus, sed is de-  
 mum legitimus sit dies quemcunq; Im-  
 perator ille noster supremum esse volue-  
 rit. Nos si sapiamus, vnum quemlibet perin-  
 de vt

de ut supremum opperiemur. Quamquam in tanta vitæ breuitate fugacitateq; quantum quæso refert, paulò seriùs, an maturius eximaris? Neq; enim magis interesse videtur, quam cum plures ad capitis supplicium ducuntur, primus, tertius, an octauus feriaris, nihilominus mox feriendus. Quid enim aliud ipsa vita, quàm, perperius quidam ad mortem cursus? Nisi quòd còmodius cum his agitur, qui à tam laboriosa vitæ functione maturius dimittuntur. Verum ut amentis est, iniussu Imperatoris ex castris excedere: ita stulti atq; ingrati, missionem à duce celerius datam non libenter amplecti, maxime si iam non sine laude discedat qui dimittitur, siq; ad præmium, non ad ignominiam auocatur. Neque enim conuenit æui spatium solstitijs metiri. Rectè factis æstimanda est ætas, ut is diu vixisse putetur, non qui plurimos annos *ἰταίον ἀχθὸς ἀξίον*, ut inquit Hermerus, terram pressit, & numero addidit, sed qui gnauiter peracta vitæ fabula, honestam sui memoriam posteris reliquit. An quereris, quòd statim tibi talem filium dederit Deus, qualem optasse post annos multos euadere? Quid quòd neque usque adeò premature defunctis est nostræ

adolescens. Iam viceſimum auigerat an-  
 num, qua quidē ætate, mea ſententia, opti-  
 mum eſt mori, quia viuere dulciſſimum.  
 Iam patriæ ciuem bonum, iam patri filiū  
 piū, iam æqualibus conſictorem iucun-  
 dum, deniq; ſuperis bonā & integrā men-  
 tem præſtiterat. Deceſſit vitiorum igna-  
 rus, calamitatum imperitus. Porro quid al-  
 latura fuerit vita longior, incertum. Certē  
 plerunq; fieri videmus, vt poſterior ætas  
 & grauioribus vitijs adoleſcentiæ purita-  
 tem inficiat, & pluribus calamitatibus iu-  
 uentutis felicitatē contaminet. His omni-  
 bus ſeu malis, ſeu periculis illum mors ci-  
 ta ſubduxit. Nūc deniq; tuto gloriari po-  
 tes, te filiū optimū habuiſſe, vel habere  
 magis. Sed habueris tantum, non habeas  
 etiam. Vtrum potius æquum eſt, diſcrucia-  
 ri te quōd amiſeris, an gaudere, qui talē ha-  
 bueris? Vide ne parū grati ſit animi, memi-  
 niſſe repetiti muneris, nō meminiffe dati.  
 Magnum proſectō munus, filius pius, ſed  
 ita datum, vt ad tempus eo fruereris, nō vt  
 perpetuō tuum eſſet. Sic enim tecum con-  
 ſidera vir ſapiētiſſime, imō ſic pariter con-  
 ſideremus: Si quis princeps ſummi pretij  
 ſummæq; artis tabulā nobis dediſſet vt en-  
 dam, vtrum eam, quādo cunq; collubi-  
 tum

tum fuerit reposcenti sereno vultu reddemus, gratias insuper agentes, an tristes ad hunc modum cum eo exoptulabimus? O te crudelem, quam pretioso munere nos spoliasti, quantam voluptatem nobis admisti, quam cito rem tam egregiam nec opinantibus eripuisti. Nonne is optimo iure, tam ingratis querimonijs ad hunc responderit modum? Hoccine præmij pro meo officio reporto? Ita ne nihil meministis, nisi hoc tantum quod bellissima tabulam amisistis? Excidit animo, gratis & ultro commodasse me? vos tot iam dies mea benignitate pavisse oculos, animū oblectasse? Quod dedi, benignitatis erat: quod reposco, meo iure facio: vobis aliquid ex me lucrifuit, iacturæ nihil fuit, nisi quod vestro vitio id esse propriū fingebatis, quod erat comodatum. Proinde petere vobis videtur, quod repetitur: imò quo preciosior, quo iucundior ea res fuit, quam utendam permissi, hoc magis atque magis mihi debetis. Nec ante tempus repetitum videri oportet, quod citra iniuriam poterat non committi. Hæc ratio, si nullo pacto refelli poterat, cogita quantò iustius natura dolorem ac querelas nostras huiusmodi sermone possit reprehendere. Atq; his nimirum rationibus,

rāsio.

tionibus, dolorem nostrum leniri conueniebat, etiam si mors totum hominem tolleret, neque quicquam nostri post funus superesset. Nunc si saltem hoc credimus, de quo nihil addubitauit Socrates ille Platonicus, videlicet hominem ipsum animum esse, corpus hoc nihil aliud esse, quam animi vel organum, vel domicilium, aut ut verius dicam, sepulchrum & carcerem, unde cum emerſorit, tum demum sui iuris esse, multoq; quam antea felicius viuere, quid est quod mortem incusemus, quando quidem vsque adeo non peri ille qui moritur, ut tum deniq; nasci videatur potius? Et nobis animo frui licet, quod oculis non certamus, nihilò secius quam amicis absentibus cogitatione frui solemus. Et haud scio, aliquāto suauius, quam si eos coram oculis conspiceremus, propterea quod corporum cōiunctis, nō raro nobis offensarū materiā consuevit ministrare, & consuetudinis assiduitas, amicitiae iucunditatem non nihil imminuere. Eius rei si desideras exemplum, an non fat argumēto sunt apostoli, qui tū demum verè frui Christo, vereque amare cœperunt, posteaquam illis corporea presentia fuisset adempta? Sic est profectò bonorum amicitia, animorum, nō corporum  
coniun-

coniunctione cōstat, Qui verè amat, animos amat, non corpora. At animorum copulam nulla vis, nulla temporum, nulla locorū intercapedo potest dirimere. Porrò nimis quàm puerile est, amicū iam perisse putare, simulatq; sub oculis esse desierit. Tu quoties libebit, filium tibi cogitatione sermonibusq; præsentem reddes: Ille vicissim tui meminit, sentitq; penitus animi tui affectus, nonnunquam & in somnis occur-  
sabit patri, & arcanis quibusdam modis animi utriusq; sese complectentur & confabulabuntur. Quid autem prohibet, quo minus iam nunc imagineris cum illo te vivere, qui cum paulò post es victurus? Quantum enim est hoc omne quod viuimus? Sed hætenus ijs remedijs sum vsus, quibus cum Ethnico quolibet agere poterā. Nunc quid pietas, quid Christiana fides à nobis impetrare debeat, paucis consideremus. Iam primum si maximè misera mors esset, tamen oportebat honi cōsulere, quod nulla via corrigi poterat. Rursum si totū extingueret hominem, equius tamen ferēda, quòd tot huius vitæ calamitatibus finem imponat. Porrò si animū originis æthereæ, grati corporis ergastulo liberat, propèmodum etiam gratulandum ijs, qui è vita de-

*Transitio  
per epilo-  
gum.*

cesserint, & in felicē illam libertatē postli-  
 minio redierint. Nunc verò cūm haud du-  
 biè pias animas ex huius vitæ procellis ad  
 immortalitatis portum transmittat, ac ne  
 pilum quidē hominis perimat, quippe cor-  
 poribus quoq; ad immortalitatē aliquādo  
 reuocandis, vtrum quæso lugere, an magis  
 gratulari conuenit ei, quem ex hoc turbu-  
 lentissimo vitæ pelago, in tranquillam il-  
 lam immortalitatis stationem mors ma-  
 tura trāsuexerit? Age paulisper huius vitæ  
 (si modo vita est appellanda) sordes, & rum-  
 nas, pericula in vnum congere: rursus è di-  
 uerso eius vitæ cōmoda, quæ pios hinc ere-  
 ptos manēt compone, & facile videbis, hoc  
 homine nihil esse iniustius, qui summū bo-  
 num, ad quod vnum nati conditiq; sumus,  
 perinde quasi maximum malū deploret.  
 Orbem te clamitas, cūm filiū cœlo genue-  
 ris, cuius ceu numinis cuiusdam memoriā,  
 vt sacrosanctā venerari possis, qui cœlitus  
 tui curā agens, res tuas ceu dexter aliquis  
 Deus bene fortunare valeat. Neq; enim il-  
 le, aut non sentit res mortalium, aut solitā  
 in patrem pietatē vnā cum corpore depo-  
 suit. Viuit profectò, mihi crede, viuit ille,  
 adestq; præsens nobis, & hoc ipsum nostrū  
 colloquiū audit sentitq;, ac fortassis hunc  
 ipsum



ipsum luctum nostrum ridet ac damnat. Quòd ni corporum horum moles obfisteret, fortassis & audiremus eum lachrymas nostras huiusmodi dictis increpantē: Quid isthuc est quod agitis? Quid senectutē vestram inutili, ne dicam amenti luctu cōfiscitis? Quid iniquissimis querimonijs, fatū, *Profop-*  
 fortunam, mortem in ius trahitis? An mihi ex istius vitæ malis exempto, & in hanc *paia.*  
 felicitatem euecto invidetis? Sed bona verba. Non invidet nec paterna pietas, nec amicitia candor. Verum quid aliud sibi vult ista comploratio? An lachrymis dignū censetis, quòd è seruitute in libertatem, de ærumnis ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutum, de morte ad vitam, de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad summum bonum, de caducis ad æterna, de terrenis ad cœlestia, denique quòd ab hominum colluie ad angelorum contubernium sum traductus? Iam appello vestros istos animos. Quæso, per vestrā in me pietatem, si vobis esset in manu, me ad istam reuocare vitam, num essetis reuocaturi? At quo tandem flagitio tantum odium cōmerui? Si reuocari nolitis, quorsum attinent istæ querelæ, non solūm inutiles, vt dixi, verumetiam impiæ? Porro nisi

G 5 me

Confutatio

me immortalitas iandudum omnis doloris expertem reddidisset, ego vicissim vestras istas lachrymas, alijs lachrymis defle-rem, & tam crassam animi vestri caliginem commiserarer. At nostram ipsorum vicem deploramus, inquitis. Verum isthuc sanè haud amantium est, sed ad sese respicientium, & vel alieno incommodo suis rebus consulere volentium. Sed age quid tandem isthuc iacturæ est, quòd mea mors nobis attulit? an quòd cōspectu meo frui non licet? Atqui nihilò secius interim memoria nostri frui licet, tantò quidem felicius, quantò tutius. Nam id quod res est, existimate, me malis omnibus præreptum, quæcunque in vita homini possunt accidere, & quorum magnam partem vestra viuacitas experta est. Non est qui vobis obsequium exhibeat, sed est qui apud Deum Optimum Maximum pro vestra salute patronum agat, vt *sedulum*, ita & efficacem. Denique quantulum hoc momenti est, quod nostram dirimet consuetudinem? Vos modo pro vestra virili date operam, vt piè peracta vitæ fabula, mors dignos reperiat, qui huc traducamini. Hæc, inquam, si nobis loqueretur filius, non ne merito nostri luctus

Quis nos pudeſceret ? His fermè ratio-  
 nibus , animi mei vulnus lenire ſoleo , quæ  
 tibi communia facere volui , non quòd  
 his remedijs magnoperè egeres : ſed ar-  
 bitratus ſum congruere , vt qui cùm mihi  
 luctus eſſet communis , cum eodem &  
 conſolationem communicarem. Cæte-  
 rùm vt quæ fuſius diſſerta ſunt , in epilo-  
 gum contraham , hoc pacto efferueſcen-  
 tem animi tui dolorem coërcebis. *Epigonus.*  
 Mortuus eſt filius. genueras mortalem. Tan-  
 to bono priuatus ſum. reddidiſti ei qui gra-  
 tis dederat. Grauis orbitas. leuius feren-  
 dum , quòd aliquà ſarciri poteſt. Patrem  
 deſtituit. quid prodeſt flere , quod mutari  
 non poteſt ? Aut cur anxie deploras , quòd  
 tibi cum tot hominum milibus commu-  
 ne eſt ? Sed interim filij non poſſum non  
 flere. quiduis potiùs quàm perit , qui bene  
 moritur. At occubuit immatura morte.  
 nulla mos non matura rectè morienti.  
 Ante diem viuere deſijt. nullus cuiquam  
 certus mortis dies. In ipſo æui flore ex-  
 tinctus eſt. tum optimum eſt mori , cùm  
 viuere eſt ſuauiſſimum. Obijt adoleſcens.  
 hoc pluribus vitæ malis ſubductus eſt.  
 Optimum amiſi filium. gaude quòd ta-  
 lem habueris. Innocēs è vita deceſſit. nulla  
 mors

mors magis optanda, minusq; deploranda. Sed interim filio frui non licet. at animo licet, & mox ipso totus toto fruëris. Si quid nouisti rectius istis, Candidus impartiri: si non, his utere mecum, ac bene vale, quod quidem vult etiam ipse filius.

F I N I S.

